

SL

Graudella dux 1771  
de Ager n. 2



XVII  
71

## DEVS ILLVMINATIO MEA.



V M in præsentiarum demonstrandum sit bonum jus, quod sovent Regius Procurator Fiscalis, & hæc pars Syndici Vniversitatum Granatellæ, Populæ, & Boheræ, Vicariæ Ilerden. contra Nobiles conjuges Domnum Felicem de Ager, & Domnam Elisabethem de Ager, & Queralt; non solum circa declarationem nullitatis omnium procedimentorum in processibus factorum, vertentibus inter easdemmet partes, sub examine Nobilis Don Petri de Amigant Regij Senatoris tertiaz Aulæ, in actis Bernardi Fama da; & Magnifici Bonaventuræ de Tristany etiam Regij Senatoris, in actis Iosephi Brossa, ob omissam dicti Regij Fisci Procuratoris citationem, ac interventionem: verum & etiam, quo ad reintegrationem iurisdictionis Civilis, quam habebat, & exercere debet dominus noster Rex (quem Deus in columnen servet) in Villa Granatellæ, & Locis Populæ, & Boheræ, sitis in Vicaria Ilerdæ, de facto occupatae, per Antecessores Nobilium Adversantium, nec non iurisdictionis Criminalis, duximus sequentia, uti præcissa, & necessaria ad veram totius negotij comprehensionem prænotare; edocti juris principio illo, quod minima facti circumstantia omissa, seu mutata, juris dispositio intervertatur, cù semper ex facto jus profluat, l. si ex plagijs 53. §. in clivo, ff. ad l. Aquilam, l. fin. in princ. ff. de iur. iuran. Petrus Barbosa in l. Titia, num. 25. ff. soluto matrimon. Anton. Monach. decis. Floren. 48. num. 7. Bellono cons. 5. in princ. Costa de facti scientia, inspecl. 16. num. 1. Andreas Molfel. cons. 1. num. 1. & 2. Petru de fideicommis. in præfac. num. 14. & 15. Fontanel. decis. 246. nu. 17.

Don

D. C. A.

4

Don Didacus Antonius Fajardus *in tutamine iuridico*, nn. 8. Vincentius Bonden. *colluct. legal. colluct.* 7. *in princip. latè* Franciscus Redenach. *conf. 18. à num. 3. ad 8.* & *conf. 95. num. 1.*

2 Pro parte Nobilium conjugum de Ager, & Queralt fuit emissum Mandatum sub die 3. Iunij 1668. quo extitit mandatum Iuratis dictæ Villæ Granatellæ, & Locorum Populæ, & Boheræ, quod sub pœna 50 †, non haberent concilium, nec promeniam aliquam, absque assistentia, & interventione in illis, sui Baiuli, seu Locumtenentis, pro ut legitur in processu vertenti coram Nobili D. Petro de Amigant, fol. 2. retro.

3. A dicto Mandato appellavit dicta Vniversitas ad Regiam Audientiam, & appellationis causa, fuit commissa Nobili Ioanni Cellers tertiae Aulæ Regio Senatori 9. Iunij 1668. cui succedit, ob illius mortem, Nobilis D. Petrus de Amigant.

4 Die vero 17. Septembris dicti anni 1668. pro parte Syndici Villæ Granatellæ, & Locorum Populæ, & Boheræ, fuit introducta lis, & causa in Regia Audientia contra dictos Nobiles conjuges de Ager, & Queralt, prætendendo dictos Nobiles cōjuges, non esse veros dominos (et si de facto, detentores) jurisdictionis Criminalis, & Civilis dictæ Villæ, & Locorum, & super his imponendum fore, & esse silentium, cum clausulis salutaribus, & amplissimis de justitiā ministrari, & omni meliori modo, deducendo omne jus sibi melius competens, vel competiturū ex quacunque causa, ticulo, vel ratione, de quarum vi, & proficuis illarū effectibus videndi, & examinandi. Marius Giurba *decif. 1. num. 48. Gratian. discept. foren. cap. 830. num. 12.* & *cap. 137. num. 18. Ramon conf. 37. num. 159.* & *conf. 50. num. 35. Fontanella tom. 1. claus. 4. glof. 2. 1. part. 1. num. 48.* & *decif. part. 1. decif. 123. à num. 8. Ripoll ad Peguer. rubr. 8. à num. 32. cum multis sequentibus. Vincen. Bonden. colluct. legali 38. nu. 134. 135. & 136. rationibus, & motivis postea exprimendis, quæ causa fuit commissa Nobili Josepho Rull, postea in Supremo Aragonum Consilio meritissimo Regenti, & nunc indecisa pendet ad relationem dicti Magnifici Bonaventura de Tristany, in actis Brossa.*

5 Post varias deductiones, pro vtraque respectivè parte factas,

factas, ad relationem dicti Nobilis Petri de Amigant, fuit declaratum: benè in et cum præchalendato Mandato, à quo, (relato num. 2.) fuisse injunctum, & processum, & malè ab eo, per Iuratos, & Consilium Villæ de la Granadella fuisse, & esse appellatum.

6 Inter alia motiva expressa, in dicta Regia Sententia, illud legitur, ibi: *Vnde apparet extante exercitio jurisdictionis Civilis plena, penes proxime expressos Nobiles conjuges, penes ipsosmet debere residere facultatem exercendi illius effectus, donec jus sic dictum super proprietate præmentionata jurisdictionis, cum quo compatitur posse simul agitari litem, quam constat pendere super proprietate coram Nobili Narciso de Anglasell Regio Consiliario, & hanc litem super enarrati Mandati validitate, quasi super re diuersa pendentes. Constat ex eo apertius demonstrari juris resistentiam, quam habet prætensio dicti Syndici, quia ipse non ostendit congregari Vniuersitatem cum licentia Bauli, seu Officialis Regij, ex quo patet nullius Superioris licentiæ velle consequi ad se congregandum, quod iuri repugnat. Et ulterius elicetur non reperiri controuersum fuisse hunc effectum jurisdictionis ex parte Regiae jurisdictionis; vt legitur in dicto processu fol. 74.*

7 Die 11. Martij 1681. fuit provisum, quod fieret execu<sup>tio</sup> dictæ Regiae Sententiae confirmantis, & dicti Mandati confirmati, iuxta illius seriem, & tenorem, vt legitur in fol. 78.

8 Pro parte verò Procuratoris Fiscalis Patrimonialis, supplicatione oblata 17. Martij 1681. fuit petitum, omnia procedimenta, Sententiam, & Decretum executionis facta, tanquam absque interventione Nobilis Advocati Fisci Patrimonij, & ipso Fisco Regio non auditio, nulla esse, rationibus, & motivis latè in dicta supplicatione expressis, vt ex illius lectura aperte liquet in dicto processu fol. 80.

9 Duodecima Maij 1681. dictus Nobilis Advocatus Fiscalis Patrimonialis, eruditissimam præsentavit deductionem, roborando & ostendendo, domini nostri Regis, & illius Fisci interesse, satisfaciendo plenissimè rationibus ex adverso deductis, quæ legitur in processu à fol. 86. ad 89.

10 Die 15. Octobris 1681. fuit subsequuta confirmatio  
B provi

provisionis Decreti executionis, non obstante prætensione Procuratoris Fiscalis, salvando tamen ei jus, si quod competit super proprietate jurisdictionis Civilis plenæ Villæ de la Granadella, in causa super ea vertente, ut liquet ex tenore dictæ Regiæ Provisionis, quæ sic se habet.

Die 15. Octobris 1681. Vis a supplicatione oblata per Syndicum Villæ Granadellæ 14. Martij currentis anni, qua supplicat contrario imperio, commutari Regiam Provisionem Decreti executionis per infrascriptum Relatorem factam 11. Martij 1681. Vis a supplicatione oblata per Fisci Procuratorem Patrimonialem 17. Martij 1681. qua se opposuit praesenti litti, dicendo de nullitate omnium procedimentorum ex quo ipso inaudito fuerunt facta, & petiit supersederi in predicta executione instata per Nobiles conjuges Don Felicem, & D. Elisabethem de Ager, & quod partes reponerentur in statu, in quo erant ante Regiam Sententiam in praesenti causa latam, eo quia ex instrumentis in eadem supplicatione mentionatis, pretendit constare de Fisci incresfa. Vis a scedula oblata per dictos conjuges de Ager 22. Martij 1681. qua inter alia deduxerunt in Regia Sententia in praesenti causa latam referente Relatore infrascripto 15. Ianuarij 1681. fuisse expressum maiusculum inter partes non controverti de exercitio jurisdictionis Civilis plena; sed de titulo, quo illam exercent prefati conjuges Agers, proinde que fuisse ponderatum extante exercitio jurisdictionis Civilis plena penes præmentionatos Nobiles conjuges, penes ipsosmet debere residere facultatem exercendi illius effectus, & ita præcipendi, quod non congregentur Consilium, nec probi homines de la Granadella, absque intervenientia Bajuli, aut alterius personæ, per Nobilem Felicem de Ager ad id designata: Vnde affirmant de interesse Fisci in hac causa non tractari, sed in lite pendente in Reg. Aud. ad relationem Nobilis Narcisi de Anglasell Regij Consiliarij, super proprietatem jurisdictionis Civilis plena dictæ Villæ de la Granadella, quam causarum, cum prætensum fuisse attrahere presentem, & commissionem de hac factam Relatori infrascripto, deberi reuocari: declaratum exitit per ambos Relatores, quod unusquisque procederet in sua causa, supponendo illas pendere super re diuersa. Vis a supradicta Provisione Decreti executionis, visis scedula, & deductionibus per partes respectivæ oblatis, & instrumentis exhibiti-

7

exhibitis; cisis videndis: Attento nihil fuit deductum, allegatum, seu probatum, propter quod prechalenda Regia Prouisiō Decreti executionis debeat commutari. His igitur, & alijs meritis processus accedit, & alias facto verbo in Reg. Aud. prouidet bene, in & cum relata Regia Prouisionis à qua, fuisse, & esse prouisum, & malè ab ea suppli-  
 catum contrario imperio. Hoc tamen intellecto, quod salvum sit jus, si quod competit, Procuratori Fiscali Patrimoniali, super proprietate jurisdictionis Civilis plenae Villa de la Granadella, in causa supramen-  
 tionata vertente circa talem proprietatem inter easdem partes, ad re-  
 lationem Nobilis Narcisi de Anglasell, quilibet pars ex causa suas sol-  
 uat expensas, pro bistractis fiat executio. Intimetur.

### DE AMIGANT.

Vt. ALENT F. P. A.

12 Videns Syndicus dictæ Vniversitatis salvitatem con-  
 tentam in præmemorata Provisione, ad vitandam committit  
 extractionem executorialium, & excessivos sumptus scedula  
 17. Octobris 1681. obtulit obtemperare sententiæ latæ in di-  
 eta causa, scilicet quod in Consilijs futuris, & promenijs inter-  
 ventionem Baiuli, seu Locumtenentis admittat, & patientiam  
 præstabit; expressa protestatione, & salvitate, non recedendi à  
 deducta, & diu instata declaratione vniōnis, & comulationis  
 processum, ac nullitatis procedimentorum, in causa vniuersali  
 jurisdictionis vertenti coram Magnifico Bonaventura de Tri-  
 stany, pro ut ita executum fuit, & obtemperatum cum dictis  
 salvitatibus, in Consilijs postea habitis, & factis per dictam Vni-  
 versitatem.

13 Deveniendo nunc ad justificationem deductorum pro  
 parte Fisci Procuratoris Patrimonialis, & Syndici dictæ Vniver-  
 sitatis, in causa vniuersali jurisdictionis antea vertenti ad relatio-  
 nem Nobilis D. Narcisi de Anglasell, nunc vero ad relationem  
 Magnifici Bonaventuræ de Tristany, pariter præmittendum  
 est, pro parte Nobilium conjugum de Agers, & Queralt fuisse  
 citatum ad dictam causam Procuratorem Fiscalem Patrimonia-  
 lem,

lem, & provisa cartella Citoria, factò verbo in Regia Audientia 14. Aprillis 1681. & reproducta 10. Maij dicti anni, ut liquet in processu fol. 119. & 120.

14 Agnoscens Procurator Fiscalis Patrimonialis ipsum citari in eo statu, quod processus dictæ causæ vniuersalis jurisdictionis, erat iam denunciatus, & assignatum ad sententiā, supplicatione oblata 21. Maij 1681. comparuit, cum solitis protestationibus, & salvitatibus, & perijt declarari nulla omnia procedimenta hucvsque facta in dicta causa, eo non citato, & inaudito, & reponendas esse partes ad pristinum statum, ut ex integrō, non obstante denunciarione processus dictæ causæ, & assignatione ad sententiam, deducere valeret de suo bono iure.

15 Pariter 28. Martij 1681. fuit formiter instatum, & petitum pro parte dicti Procuratoris Fiscalis, quod processus, & causa vertens ad relationem Nobilis Petri de Amigant, in actis Bernardi Famada, vniaretur cum processu dictæ causæ vniuersalis dictæ jurisdictionis, cum declaracione nullitatis omnium procedimentorum, ut videre est in processu fol. 124.

16 Interesse in hac causa vniuersali jurisdictionis domini nostri Regis, fuit demonstratum, & probatum per dictum Procuratorem Fiscalem varijs instrumentis, ac Regijs rescriptis, quamplurimis corroboratum, ut ex sequentibus luce meridiana clarius apparebit.

17 Primo, ex tenore Regij Privilegij Serenissimi Regis Alphonsi, concessi in favorem Iuratorum, & proborum hominum Villæ Granatellæ, sub die 31. Martij 1424. noviter in processu producti (vbi prima elementa, primariusq; titulus dictæ totius jurisdictionis Civilis, & Criminalis in favorem Antecelsorum Nobilis Adversantis dignoscitur) ex cuius contextura liquet Serenissimum Regem Petrum die 28. Maij, anni 1359. obpignorasse pretio quatuordecim mille solidorum Barchinensis in favorem Petri Moliner Civis Ilerdæ, totam jurisdictionem Civilem, & Criminalem, & mixtam, cuiuscunq; naturæ fuisset, quam habebat in Locis, & Castellis de la Grandaella, de Torrabesses, & de Granyena, in Vicaria Ilerdensi sitis.

Quibus

9

18 Quibus attentis, dictus Serenissimus Rex Alphonsus in dicto Privilegio, concessit facultatem dictis Iuratis, & probis hominibus Vniversitatis Granatellæ, luendi pro parte correspondiva sui pretij, totam jurisdictionem Civilem, & Criminalem obpignoratam prælibato prelio 14. mille solidorum Barchinonensium dicto Petro Moliner per dictum dominum Regem Petrum, & quod à cætero perpetuò præmemorata jurisdictione esset unita Vicariæ Ilerdæ, seu illius Vicario præsenti, & futuris, taliter, quod nec per viam donationis, venditionis, pignorationis, permutationis, vel alterius contractus, posset dictus dñus Rex separare, & disgregare illam à dicta Vicaria; reuocando nunc, pro tunc, & ipso facto ipsos contractus, applicando dictam jurisdictionem in casu contraventionis Ciuitati Bærcinone, & illius Consiliarijs invim pacti conventi inter dictum dominum Regem, & Vniversitatem de la Granadella, & cum alijs pactis, & conditionibus latius in dicto Regio Privilegio in favorem dictæ Vniversitatis expressis, cum iuramento, & alijs obligationibus roboratis.

19 Secundo est observatione dignissimum illud, quod potuit inveniri dispersim, pro iustificatione redemptionis dictæ jurisdictionis obpignoratae, quia inuria temporum facta, & arte dominorum multa instrumenta in favorem dictæ Vniversitatis sunt emissæ, & deperdita, ac alias substracta violenter per Ludovicum Pontons, ut infra dicetur; ideoq; facilius in hoc casu conjungi debent probationes, & enunciatiæ, & adinvicem se adminiculari. Invenitur enim, quod Serenissimus dominus Rex Alphonsus, Regia epistola data Valencie 31. Martij 1424. concessit licentiam dictæ Vniversitati, se congregandi cum assistentia Officialis Regij, ad effectum nominandi Syndicos, & creandi censualia, seu violaria, ad effectum luendi, & solvendi pretium dictæ jurisdictionis Civilis, & Criminalis obpignoratae, ibi: *Nos Alphonsus, &c. Ut vos fideles nostri Iurati, & probi homines, & singulares Vniuersitatis Loci, & Termini de la Granadella, Vicariæ Ilerdæ, qui pecuniam necessariam ad soluendum pretium iunctionis, seu redēptionis per vos fienda, de dicto Loco de vestro proprio dare, & exsoluere nobis liberaliter obtulisti, & promisisti, quam qui-*

C dem

dem pecuniam, ut assertis, iam manuleuastis, procurasti, seu habui-  
 stis, eandem pecuniam illas, à quibus eam manuleuastis asscurare, nec  
 non & expensas factas, & fiendas occasione redemptionis predictæ,  
 & dependentium, seu emergentium ex eadem, facilius; & promptius  
 habere possitis, tenore presentis ad humilem supplicationem pro vestra  
 parte propterea nobis factam concedimus licentiam, & plenariam fa-  
 cultatem elargimur, vobis dictis Iuratis, probis hominibus, & Univer-  
 sitati predicti Loci, quod tradita prius Nobis per Detentorem dicti Lo-  
 ci, aut alias possessione eiusdem Loci, & Terminorum ipsius, possitis, &  
 valeatis, presente tamen, & interueniente, ac auctorizante Bajulo  
 dicti Loci, aut alio quocunque Officiali nostro, libere, licite, & impu-  
 ne quandocunque, quotiescumque volueritis vos congregare, in illo,  
 seu illis locis, quibus volueritis, ac vobis fuerit bene sum, & facere,  
 & constituere semel, & pluries Syndicos, Actores, & Procuratores  
 pro asecuranda, habenda, & procuranda pretia predicta necessaria,  
 tam videlicet per viam mutui, commandæ, venditionis censualium  
 mortuorum, & violariorum, instrumento tamen gratie interueniente,  
 aut retrodecimorum ad certum tempus, quam per alias vias, & pro  
 illis prefisis, & sub illis pénis, juramentis homagijs, renuntiationibus,  
 promissionibus personarum, & honorum obligationibus, ac alijs, de qui-  
 bus, & pro vobis, & ipsis Syndicis, & Procuratoribus videbitur  
 faciendum; nec minus possitis cum interuentu, & auctoritate Officialium  
 predictorum, aut alicuius eorum, pro premissis, callia, seu callias  
 inter vos indicere, ordinare, colligereque, & leuare, aut colligi, & leu-  
 arii facere, que ad executionem predictorum vobis, & eis fieri vide-  
 buntur expedientia, & necessaria, sive etiā opportuna: Nos enim lau-  
 dantes, & approbantes cum hac eadem, nunc pro tunc, ac ratificantes,  
 & confirmantes quascunque congregations, syndicatum, procuratio-  
 num constitutiones, calliarum inductiones, violariorum, & censualium  
 mortuorum, & retrodecimorum venditiones, & alia omnia predicta  
 per vos, vel vestros Syndicos, & Procuratores fienda, ordinanda,  
 instituenda, nunc pro tunc auctoritatem nostram eisdem impendimus;  
 pariter, & decretum. Mandantes ita quod Gubernatori nostro genera-  
 li, huiusque vicegerenti in Cathalonie Principatu, Vicario, & Ba-  
 julo ensi, easterisque Officialibus nostris eorum locumtenentibus, ad  
 quos

II

quos præsentes peruererint, quatenus concessionem nostram huiusmodi,  
 & omnia alia, & singula supradicta rata, & firma habeant, teneat,  
 & obseruent, tenerique, & obseruari faciant inuiolabiliter per quoscun-  
 que, & non contraueniant, nec aliquem contrauenire permittant qua-  
 quis causa, in cuius rei testimonium præsentem fieri iussimus nostro sigil-  
 lo munitam. Dat: Valencie 31. die Martij, anno à Natiuitate Domini  
 ni 1424.

### REX ALPHONSUS

20. Virtute dictæ Regiæ concessionis fuerunt ad prædicta  
 exequenda constituti per dictam Vniuersitatem Villæ Grana-  
 tellæ, & Locorum Populæ, & Boheræ Syndici, & Procuratores  
 generales insolidum, Arnaldus Siuraneta, Paschasius Estadela,  
 Bernardus Denguany, & Guillermus Vallès, cum plenissimo  
 posse, ut legitur vñacum insertione dicti Regiæ rescripti fol. 198.  
 retro, in processu dictæ jurisdictionis, vertenti coram Magni-  
 fico Bonaventura de Tristany.

21. Cum pro effectuacione luitioñis dictæ jurisdictionis  
 obpignoratae, fuissent impositæ talleæ singularibus dictorum  
 Locorum, iuxta vires patrimonij ipsorum, attenta facultate Re-  
 gia dictæ Vniuersitati concessa in præinserto Regio rescripto, &  
 omni cum effectu solutæ: nihilominus pro aliquibus singu-  
 laribus extitit dubitatum, si etiam debebant contribuere pro  
 expensis factis ratione luitioñis dictæ jurisdictionis, ob quod a-  
 dierunt Syndici Serenissimum Regem Alphōsum, conqueren-  
 do de prædictis, & dictus dominus Rex 8. Iunij 1431. tradidit  
 illis Regium rescriptum huius tenoris. *Alphonsus Dei gratia Rex*  
*Aragonum, &c. Fideli nostro Baiulo Locorum de la Granadella, de*  
*la Pobla, è de la Bouera, vel eius locumtenenti salutem, & gratiam:*  
*Per Syndicum dictorum Locorum fuit culmini nostri expositum qua-*  
*relo&eacute;, quod licet negotia luitioñis jurisdictionis Locorum predictoru*  
*fuerint prosequita cum voluntate, beneplacito, & consensu hominum*  
*omnium Locorum iam dictorum, & cum solemnitate syndicatus, &*  
*alijs necessarijs, & opportunijs, & etiam cum expensis communibus ip-*  
*sorum Locoru, & singularium eorundem: Veruntamen nonnulli sm-*  
*gulares*

gulares sepè dictorum Locorū numero duodecim, vel inde circa, blan-  
ditijs, & persuasionibus Domini asserti Locorum prædictorum præfa-  
tam luitionem omnino abhorrentes inducti, & verius seducti, in mis-  
sionibus, & expensis, negotiorum prædictorum contribuere, & soluere  
renunt, & totaliter contradicunt minus debitè, & iniuste in dānnū,  
& præiudicium non immodicum Vniuersitatis Locorum prædictorum,  
aique iacturam, & negotiorum ipsorum, destructionem totalem: ob  
quod fuit nobis per eundem Syndicum humilier supplicatum, ut su-  
per prædictis de opportuno justitiae remedio sibi debitè prouideri digna-  
remur. Nos vero dicta supplicatione veluti rationi consona admissa  
benigne; quia turpis est pars, que non congruit vniuerso, & quia jam  
in similibus, quod semel placuit, amplius displacere non potest, & etiā  
quia alias extitit per Nos in, & super prædictis per nostras Regias Pro-  
visiones debitè prouisum: Dicimus, & mandamus vobis de certa scie-  
tia, & expresse, sub ira indignationis nostræ incursu, pænaque mille  
florenorum auri de bonis vestris irremissibiliter habendorum, & nostro  
applicandorum arario. Quatenus omnes, & singulos habitatores Lo-  
corum prædictorum, quos à prædicta iusta causa non excusat, super cu-  
jus examine ad nos partes remittatis, assignato eis tempore cōpetenti, quo  
eos reddatis, cōpellatis, distringatis modis, & compulsionibus qui-  
buscumque ad soluendum quantitates eos, & eorum quemlibet soluere  
contingentes in missionibus, & expensis antedictis pro rata eos contin-  
gentes, tam per captionem pignorum, & venditionem earum, quam  
per alia remedia in similibus debita, & assueta fieri. Dat. Barchinone  
8. die Iunij, anno à Natiuitate Domini 1431. Ut legitur in proces-  
su jurisdictionis, retro fol. 221.

22 Die 6. Iulij 1431. Bajulus dicti Loci, mandavit Petro  
Gravalosa Nuntio dictæ Villæ, in executionem præmorati  
Regij rescripti, quatenus mandaret hominibus singularibus di-  
cta Loci, numero octo, quod solverent pro sua parte, Iuratis, &  
Syndico Granatellæ, totū illud, quod eis pertinebat, seu tange-  
bat solvere in luitione jurisdictionis facta, & in omnibus missioni-  
bus, & expensis, ratione, & occasione ipsius luitionis, seu com-  
ponant se cum Iuratis, ut legitur in dicto processu fol. 220. re-  
tro.

Die

23 Die vero 7. dicti mensis, & anni, Bernardus Guiu, nomine suo proprio, & septem prænominatorum antecedenti mandato expressorum, obtulit, ac præsentavit dicto Bajulo scecula tenoris sequentis, ibi : *Al manament fet per vos honorable en Barchomeu Axut, Batlle del die Lloch de la Granadella, en virtus de una lletra à vos præsentada per en Guillemò Vidal, è per en Pascahal de Estadela Syndichs de dita Vniuersitat, la data de la qual fou en Barcelona à 7. de Juny lany de nostre Senyor 1431. Bernat Guiu, è Ramon Ginera, è los altres contenguts en lo dit manament, responen los dits nomenats en dit manament, que ells entenen ja auer pagat la part à ells pertanyent en la lluicio de la dita jurisdicció, y en las despesas feytas per la dica raho : mas sots color de las ditas despesas, los dits Syndichs volan forçar los contenguts en dit manament, de contribuir, pagar en las despesas feytas per los dits Syndichs en la questió per ells menada contra lo senyor natural de dit Lloch, la qual entenen los dits contenguts en lo dit manament, que fos, è sia injusta, è no voluntents venir contra lur senyor natural en la dita questió, han contradic en aquella, perque à les ditas despesas feytas en la dita causa, no son tenguts, majorment com sian injustas, mas en las despesas de la lluicio de la jurisdicció, son prests de pagar sa part : Per tant, los dits nomenats en lo dit manament, requiren à vos honorable Baillé, que los dits Syndichs forsen à retre compte de la administració dels blats, è dels diners ajustats en lo temps que rehemeren la jurisdicció, & per las despesas feytas per la lluicio de la dita jurisdicció, è si res restara à pagar, son prests, è apereyllats de pagar la part à ells pertanyents, et la present resposta demandan eſſer continuada al peu de dit manament per vos Notari, &c. Quæ legitur in dicto processu retro fol. 219.*

24 Postmodum vero 10. ejusdem mensis, & anni, dicti Syndici, constituti personaliter coram iannuis dicti Bajuli ibidem adinvento ei præsentarunt, & publicari requisierunt præincertam litteram, seu provisionem Serenissimi domini Regis, & dixerunt eidem Bajulo verba sequentia: *Senyor, be sabets com per nosaltres vos es estada presentada questa lletra del senyor Rey, è per major descarreh nostre, è per major carreh vostre laus presentam altere vegada, requerint à vos, quens cumplissatis lo manament del señor*

D

Rey.

14

Rey, contengut en la dita lletra, è de assò requerim à vos en Notari la-  
uers carta publica, o ajustaro ab lo desus request.

25 Quibus respondit dictus Bajulus in continentis verbo  
dictis Syndicis, Que era prest, y aparellass de ferlos justicia, agut acor,  
è consell de son Aduocat, è demana trasllat, lo qual encontinet li fonch  
donar; de quibus omnibus fidem facit Petrus Guells Vicarius, &  
Notarius Perpetuus Ecclesiæ Villæ Granatellæ: ut videre est in  
dicto processu jurisdictionis in instrumento per hanc par-  
tem producto à fol. 221. ad 219. retro.

26 Ad corroborationem ante dictorum observatione dig-  
nissimum est, id quod approbarunt, & firmarunt in favorem  
dictæ Vniversitatis, Serenissima Regina Domna Maria, & Se-  
renissimus Rex Alphonsus binis Privilegijs; Dictæ dñæ Regi-  
næ datum in Palatio Regali Valenciac 24. Novembris 1444.  
& domini Regis Alphonsi in Castro Novo Civitatis Neapoli  
16. Maij 1446. quæ leguntur à fol. 201. ad 210. retro, scilicet  
pactum illud, respectu luitiois jurisdictionis Criminalis dicto-  
rum Locorum, fatendo omni cum effectu luisse illam, & quod  
remanerent in suo vigore pacta, & conventiones factæ respectu  
illius, inter prælibatam Vniversitatem, & eundem dominum  
Regem Alphonsum, (quæ supra diximus) à num. 18. propt ex-  
tenore dicti pacti facilè compr̄batur, ibi: Item, se retinen los dits  
Iurats, è Promens, que per los presentes capitols, eo contracte no sia en  
res innouat, o prejūdicat als altres capitols jurats, è fermats ab lo señor  
Rey ouy benauentura damet regnant, de una part, è los dits Iurats, è  
Promens de la altre part, quæt los dits Iurats, è Promens lluire la juris-  
dictio Criminal per al dit señor Rey: ans romangan en llur força, y  
valor, fino en so que seran contraris diuersos, è no competitibes ab los  
dits capitols ja jurats, o algu de aquells. Plaus à la senyora Reyna:  
Hinc anno 1448. rescripto Regio fol. 233. legitur, ibi: Excepto  
mero imperio, & alta jurisdictione, que vestram celsitudinem perti-  
net, &c.

27 Taliter quod de anno 1479. fatetur Michaël Moliner  
omnimodam jurisdictionem Criminalem, altam, & baxiam,  
cum mero, & mixto imperio, & omni gladij potestate penès  
ipsum

ipsum nō fuisse, sed quod dictē jurisdictionis erat dominus iam,  
& possessor, dominus noster Rex, & ita affirmat dicto. Privile-  
gio Serenissimus Rex Ferdinandus, extrahens de dominio, pro-  
prietate, & possessione sua dictā jurisdictionē, illā transferendo  
in dictū Moliner, ad effectū, ut inde illam teneret, & possideret,  
quod sane innegabilitē probat effectum sortitum fuisse luitio-  
nem dictæ jurisdictionis, in favorem domini nostri Regis, pe-  
cunijs proprijs dictæ Vniversitatis redimendo illā, ab oppigno-  
ratione anterioris, omniq[ue] cum effectu incorporatam fuisse  
domino nostro Regi, cum pacto tamen expresso illam non se-  
parando à Regia Corona, cum clausulis tam irritantibus, quod  
ipso iure, & ipso facto; nunc pro tunc annullatur, quidquid per  
dominum Regem in contrarium fuerit factum.

28 Cum ex circunstantijs præmissorum constet dominū  
dicti Loci Petrum Moliner, detentorem dictæ jurisdictionis,  
odio prosequutum fuisse singulares dictæ Vniversitatis, qui re-  
emerunt præmoratam jurisdictionem, & diligebant reuniri do-  
mino nostro Regi, vt liberarentur à molestijs dicti Petri Moli-  
ner, super his orta fuit contentio pro parte aliquorum, quorum  
caput erat ipse Petrus Moliner, vt facile dignoscitur ex verbis  
Rescripti domini nostri Regis superius inserti num. 21. quorum  
causa, coacta fuit Vniversitas recurrere ad dominum nostrum  
Regem, vt super dictis molestijs, ac contradictionibus de iusti-  
tiæ remedio debitè provideretur, ob quod missit Vniversitas  
suum Syndicū, nomine Ioannem Pinyol Agricolā dicti Locī  
de la Granadella, qui omni cum effectu ad Regiam Curiam  
ivit, & egrē ferens, dictus Petrus Moliner gesta, & facta contra  
eum per dictam Vniversitatem, & Syndicū coram domino  
nostro Rege, informando plenē illum de molestijs, & seductio-  
nibus, à Curia redeundo, dictum Syndicū Ioannem Pinyol  
carceribus mancipavit, ob quod dominus noster Rex, seu eius  
Ministri, processerunt contra dictum Moliner, instantे dicto  
Pinyol, per processum Regaliæ, in vim Vlatici, *Auctoritate, et*  
*Rogatu*, in quo disponitur, ut omnes homines, tam Nobiles, quā  
ignobiles ad potestatem venientes, vel cum eis stantes, siue ab  
eis

eis recedentes, & usque dum in domos suas iam reversos, per omnes dies, ac noctes securos esse; taliter, quod si aliquod malum, aliquo ingenio, eis fuerit factum per distinctionem potestatis venit emendandum, cum restitutione undecupli, ut late prosequitur cum nostratis Nobilis Ludovicus de Peguera in praxi Criminali, cap. 14.

29 Fuit ergo in vim dicti Usatici, Auctoritate, & Rogatu, provisum, quod fieret executio in universis bonis dicti Petri Moliner, tam mobilibus, quam immobilibus, pro tribus mille ducentis florēnis auri Aragonum, pro damnis, & injuria dicto Ioanni Pinyol illatis, & pro alijs tribus mille florennis, pro remenda desonoris, & injuria dicto domino Regi, per ipsum Petrum Moliner factis.

30 Rursus pro executione dictarum quantitarum ad manus Regiae Curiæ fuerunt apprehensa universa bona mobilia, & immobilia, fructus, redditus, proventus, & jura dictæ Villæ de la Granadella, & Locorum Populæ, & Boheræ. Verum postea dominus noster Rex clementer se habens cum dicto Petro Moliner dictam Villam de la Granadella, & alia Loca ante dicta, ac iura, & redditus ipsorum, nec non bona mobilia, & immobilia restitui iussit, remittendo dicto Petro Moliner interesse Regium, occasione dicti processus, Regiae Curiæ pertinens, sine tamen præjudicio juris, & interesse Ioannis Pinyol; pro quo quidem interesse, ac jure dicto Pinyol pertinenti, & taxato, penes se retinuit dominus noster Rex, jurisdictionem Civilem, quam dictus Petrus Moliner tenebat in dicta Villa Granatellæ, & in Barrijs, sive populationibus Populæ, & Boheræ, pro ut ita quādam provisione data Dertusa 25. Februarij 1443. Dominus Rex decrevit, ac declaravit.

31 Postmodum ad instantiam dicti Ioannis Pinyol cū pientis assequi interesse sibi taxatum, hoc est dictos tres mille ducentum florennos auri Aragonū, alijs fuerūt emanatae litteræ datæ Valēcia 2. Iulij anni 1443. cū quibus fuit mandatū gerēti vices Gubernatoris hujus Principatus Cathalonie, ac Iacobo Ferrari Alguatzirio, & alijs Regijs Officialibus, quatenus in dicta

recep-

17

retenta jurisdictione pro dictis tribus mille duc entis florennis, & expensis factis, & fiendis debitā facerent executionem, usque ad realem, & integrā solutionē; qua de causa dictus Ferrarius via dicta littera ei obediendo ad Civitatem Ilerdæ se contulit, in eaque dicto Petro Moliner personaliter invento iussit, ut infra triduum dictas quantitates solveret, & cū renuisset, non inventis bonis mobilibus, in quibus executio prædicta fieri valeret, fecit ponī in publico encantu, ac palā, & publicè subhastare, jurisdictionē Ciuitem retentā dictorum locorū Granatellæ, Populæ, & Boheræ, iuraque, & emolumenta dictæ jurisdictionis, prout ita exequutū fuit in Civitate Ilerdæ per Raymundum Bosch, & in Villa Granatellæ per Bernardum Valls præcōnes publicos dictarum Ciuitatis, & Villæ, prævia tabba, in qua expresse enarrabantur jurisdictione Civilis, emolumenta, & jura illius pertinētia dicto Moliner, quæ fuerunt subhastata per triginta dies, & vltra; & cū nullus inveniretur qui iustum pretium offerret, dictus Alguatzirius licentiam præbuit dicto Pinyol petenti, & offerenti pretium justum, prout ita fecit, & illius virtute, Paulus Espinosa dicti Loci Granatellæ nomine dicti Pinyol obtulit se daturum in dicta jurisdictione insolutum quanticatis taxatæ tres mille florennos, & postea dictus Alguatzirius iussit, tradere per dictos Curritores dicto Spinosa ementi nomine dicti Pinyol hastam fiscalem.

32 Prædicta omnia procedimenta fuerunt intimata, & notificata dicto Petro Moliner, ut infra triduum lueret, atque redimeret jurisdictionem Ciuitem emptam per dictum Ioannē Pinyol, quo non facto, Serenissima domina Regina litera data Valencia 23. Maij 1444. laudavit, & approbavit omnia gesta, & antea facta contra dictum Petrum Moliner, fecitque, & firmavit venditionem in favorem dicti Ioannis Pinyol dictæ jurisdictionis Civilis, pro pretio dictorum trium mille florennorū auri Aragonum, quos de voluntate dictæ dominæ Reginæ penes se retinuit in solutum pro rata trium mille ducentorum florennorū adjudicatis occasione prædictorum, cum amplissimis clausulis, solitis, & assuetis, vna cum apōcha dicti pretij,

ut largè ex lectura dictorum instrumentorum liquet à fol. 3. ad  
7. retro.

33 De effectu, & omnimodā executione dictæ venditio-  
nis jurisdictionis Civilis in favorem dicti Ioannis Pinyol, posses-  
sione, ac traditione illius dubitari nequit, pro quo pondera-  
mus clausulam illam dicti instrumenti, ibi. *Et extrahimus prædi-*  
*taque vobis vendimus de iure, dominio, proprietate, & posse dicti*  
*Petri Moliner, & suorum, ac dicti domini Regis, & nostri, eaque*  
*omnia, & singula in vestrum, vestrorumque jus, dominium, pro-*  
*prietatem, & posse mittimus, & transferimus irreuocabiliter, pleno iu-*  
*re, ad habendum, tenendum, omnique tempore perpetuò pacifice posse*  
*dendum, & faciendum inde vestre libitum voluntatis, possessionem*  
*itaque corporalem, seu quasi per dictum Iacobum Ferrarij Algutinum*  
*iam vobis traditam, de predictis, quæ vobis vendimus nunc pro*  
*tunc laudamus, & approbamus, &c. Et infra: Constituentes vos,*  
*&c.*

34 Alio etiam instrumento probatur dictum Ioaninem  
Pinyol se dominum, & possessorem dictæ jurisdictionis Civilis  
fuisse, quia paulo post dictam venditionē factam dicto Pinyol,  
scilicet 23. Martij 1444. die 14. Octobris 1444. invenimus  
dictū Ioannē Pinyol intitulari dominū jurisdictionis Civilis di-  
ctæ Villæ Granatellæ, ut liquet ex instrumenti verbis, quod legi-  
tur fol. 116. & 134. retro, in processu appellationis dicti mādati,  
ibi: *Quod nos Ioannes Pinyol habitator Villæ Granatellæ nomine meo*  
*proprio, & ut dominus jurisdictionis Civilis dictæ Villæ, & in fir-*  
*ma dicti instrumenti leguntur, pariter hæc verba, signum meum:*  
*Ioannis Pinyol domini jurisdictionis Civilis dictæ Villæ Granatellæ.*

35 Adminiculantur prædicta, alijs antiquissimis in-  
strumentis, & scripturis, quæ rem innegabilem reddunt respectus  
obligationis emptionis factæ per dictum Ioannem Pinyol præ-  
libatae jurisdictionis Civilis, videlicet syndicatus instrumento  
4. Maij 1444. facto penè Bernardum Miranet Notarium pu-  
blicum Nerdæ per dictam Vniversitatem in favorem Guillermi  
Vidal, Bernardi Sabater, Bernardi Guitart, quibus inter alia, de-  
dit ipsa Vniversitas speciale mandatum, & facultatem emendare  
à dicto

à dicto Ioanne Pinyol, dictam jurisdictionem Civilem per ipsum emptam, ad effectum transportandi illam, ad dominum nostrum Regem, ut manifeste colligitur, & probatur ex sequenti capitulo dicti syndicatus, ibi: Item emendi, & quocumque alio titulo adquirendi nomine dictarum Vniuersitatum, & singularium eorumdem presentium, absentium, & futurorum, illam jurisdictionem, quam honorabilis Petrus Moliner Ciuitatis Ilerda habebat, & possidebat in dictis locis de la Granadella, & Popula pulera Guardia, ac in loco de Bouera, qua jurisdictione per Curiam Regiam fuit executata, & vendita Ioanni Pinyol.

36 Ulterius ex instrumento capitulationum inter Serenissimam Reginam, & dictam Vniversitatem, quod legitur in processu jurisdictionis pag. 210. retro, signanter ex capitulo primo, jurato, & firmato per dictam dominam Reginam, & postea pariter jurato, & firmato per Serenissimum dominum Regem Alphonsum 24. Nouembri 1444. Tenoris sequentis. Primerament, que la dita senyora en nom, è per part del dit senyor Rey, è ab confirmaciò de aquell, lloharà, è ratificara la compra que en Joan Pinyol de la Vila de la Granadella ha feta, de la jurisdictione Ciuit, è tota altera, que en Pera Moliner fill, è heren de Joan Moliner auia, reina, è possedua en la dica vila de la Granadella, è termens de aquella, çó es, en la Pobla de Bohera, è la qual lo dit Joan ha comprada en lo encant publich, è aquella li ha venuda permanent, è ordinaciò de la dita senyora en Jaume Ferrer, com Alguazil, è Comissari de la dita senyora en executar aquells tres milia docents florins, è mesfions, les quals, è los quals per la dita senyora son estats adjudicats al dit Joan Pinyol, per virtut, è occasiò de un proces fet per la dita senyora, contra lo dit Pere Moliner, à supplicaciò del dit Joan Pinyol del usatje, qui començà, Auctoritate, & Rogatu, la carta de la qual vèda, è compra ha presa en Barthomeu Sellent Notari, è Secretari dels dits senyors Rey, è Reyna à 28. del mes de Febrer del any present, è del poder donat per dita senyora al dit Joan Ferrer apar per lletra dada en Valencia à 13. dias de Mars del any de la Natinitat de nostre Senyor 1443. Plau à la senyora Reyna.

37 Rursus ex Rescripto dominæ Reginæ datum Valen-

cia 2. Decembris 1444. quod legitur in processu jurisdictionis  
 fol. 192. retro, in illis verbis, ibi: *Ex titulo habito ab Vniuersitate,*  
*& probis hominibus dicti Loci de la Granadella habentis causam in*  
*eisdem, à Ioanne Pinyol emptore dictæ jurisdictionis, & jurium suo-*  
*rum, & habente ea, insolutum quantitatis sibi adjudicatae, vigore di-*  
*ceti processus de Auctoritate, & Rogatu, de qua sibi adhuc restant dan-*  
*centi florenni, & expensa, &c.*

38 Ex tot, tantisque igitur instrumentis indubium verti  
 nequit, jurisdictionem illam Civilem, quā habebat Petrus Mo-  
 liner in Villa Granatellæ, & Locis Populæ, & Boheræ venditam  
 fuisse ordine, & mandato domini nostri Reginis, Ioanni Pinyol  
 Agricolæ dictæ Villæ Granatellæ, illamque tenuisse, & posse-  
 disse, & vti dominum jurisdictionis Civilis se gessisse; sicq; di-  
 etam emptionem sortitam fuisse effectum, & omnino in execu-  
 tionem deductam hæsitandum minimè venit.

39 Desiderans affectuosè Vniversitas dictæ Villæ Gra-  
 natellæ, & Locorum Populæ, & Boheræ dictam jurisdictionem  
 Civilem emere à dicto Ioanne Pinyol, animo illam transferen-  
 di in dominum nostrum Regem, suis proprijs pecunijs, præce-  
 dentे consensu ad hæc dicti Ioannis Pinyol, maturo, & delibe-  
 rato Consilio, legitimè cōgregata dicta Vniversitate die 4. Maij  
 1444. creavit Syndicos ad effectum manulevandi censualia, dū  
 tamen pretia, seu proprietates eorum, ultra 40. mille solidos,  
 non accederent; cum obligatione honorū Vniversitaris, & sin-  
 gularium præsentium, & futurorum, solitisq; & assuetis alijs  
 clausulis, ad effectum emendi, & quocunq; alio titulo acquiren-  
 di dictam jurisdictionem Civilem venditam Ioanni Pinyol,  
 quām habebat, & possidebat antea Petrus Moliner in dictis  
 Locis, & illius adepta possessione ipsam jurisdictionem trans-  
 portandi in dominum Regem, & eius Patrimonium, cum pa-  
 rtis, capitulis, & conventionibus dictis Syndicis benevisis, ut la-  
 tiūs hæc omnia adinveniuntur, & leguntur in dicto syndicatus  
 instrumento à fol. 212. ad 227. retro, in processu jurisdictionis.

40 Die verò 24. Novembris 1444. dicti Syndici adierunt  
 dominam Reginam, ibiq; fuerunt jurata, & firmata pacta, & ca-  
 pitula

60

pitula per viam Privilegij luitionis dictæ jurisdictionis Civilis  
inter dictam dñam Reginā, & Vniversitatē, & postmodū 16.  
Maij 1446. jurata, firmata, approbata, & confirmata, Neapoli  
per Serenissimum dominum Regem Alphonsum, eo speciali  
motivo, ibi: Considerantes etiā predicta capitula, quæ in nostro Con-  
silio fecimus recenseri, honorem, & augmentum nostræ Regiæ diade-  
matis plurimum conspicere, atque conseruare, &c. Et infra, ibi: Pro-  
mittentes in nostra Regia bona fide per nos, & nostros successores Reges  
Aragonum, & Comites Barchinonæ, quod predictis, & præinsertis ca-  
pitulis, aut eorum alicui, vel in eis contentis non contrafaciemus, aut  
contraferri permittemus aliqua ratione, vel causa, sed ea omnia serua-  
bimus, & obseruari penitus faciemus, absque contradictione quacun-  
que. Volentes, & expressé declarantes, de dicta nostra certa scientia,  
& expressé præinserta capitula, & cartam, seu Priuilegium Reginale,  
omniaque, & singula in eis contenta, & per dictam Illustrissimam con-  
sortem, & Locumtenentem nostrā actā, gestā, promissa, acceptata, &  
concessa, eandem vim, efficaciam, & valorem, habere in judicio, &  
extra, ac si per nos personaliter actā, gestā, promissa, & acceptata, &  
concessa fuissent. Et insuper ex nostra Regiæ potestatis plenitudine sup-  
plemus quo scunque defectus, & solemnitatum omissiones, si qui, vel  
quæ interuenerint forsitan in præmissis.

41 Capitula, quæ ad institutum nostrum maximè faciunt  
ponderare, ac hic inserere, ut nihil negotij ignoretur, decrevi-  
mus, ibi: Capitols fets, è fermars entre la molt alt, è molt Excellent se-  
ñora, la señora Reyna muller, è Lloctinent general del molt alt, è mole  
Excellent Princep, è senyor, lo senyor Rey Don Alfonso, per la gracia  
de Deu Rey de Aragò, de Sicilia, &c. de una part, è la Vniuersitat  
de la Vila, è termens de la Granadella, situats en la Vegaria de  
Lleyda, de la part altra, de, è per la jurisdiction Civil de la dita Vila, la  
qual peruinrà à dit senyor, per lluycio, que los Iurats, è Promens de  
la dita Vila, ab llurs propries pecunias, ne han fesa, las quals son del  
cenor seguent.

42 Et infra ponderatur capitulum sequens, ibi: Item, que lo  
dit Batlle de la Granadella, axi elegit, è constituit durat lo dit trienni,  
haje, è exercesca tota jurisdiction alca, è baixa, Civil, è Criminal, è mixt

imperi en dita Vila de la Granadella, è terme de aquella ; durant son trienni, è pufca constituir Saig, è Saigs, è fer Castells, è forques tota vegada que à ells serà vist fabedor, &c. Quod capitulum confirmat, quæ supra stabilivimus, circa jurisdictionem Criminalem, junctis verbis illis alterius capituli, ibi : Quant los dits Iurats, è Promens lluiren la jurisdictione Criminal per al dit senyor, ans romangan en llur força, y valor.

43 Ponderatur etiam Privilegium nundinatum, Furni de districtu, & Macelli, quod est in observantia usque nunc, concessum inter alia, ibi : Que sia mercè de la dita senyora, en nom del senyor Rey, de atorgar arreturn de fira à la dita Vila de la Granadella, celebrador quis cun any, lo qual comens lo jorn de la festa de Sant Andreu, que es lo trenten dia del mes de Nohembre, è que dure apres vuyt dias continuament segunts. Plau à la senyora Reyna. Et ibi : Item encara que sia mercè de la dita senyora, en nom del senyor Rey, atorgar als dits Iurats, è Promens de la dita Vila de la Granadella, que pufcan fer Forn, è Forns de distret en la dita Vila, è la Pobla, è à la Bouera, è alli bon aquells ben vist los sia, en lo qual forçadament hajen à courer lo pa tots los poblats en la dita Vila. Plau à la senyora Reyna, pero quen fassen, è presten cens al senyor Rey de 10.000 per any. Et ibi : Item, encara que sia mercè de la dita senyora, atorgar una taula de Carniceria als dits Iurats, è Promens, en la qual pufcan fer carn, e carns à tota llur voluntat en aquell Lloc, hon los serà ben vist fahe dor. Plau à la senyora Reyna en la dita Vila de la Granadella, e que fassen al dit senyor Rey de cens 10.000 per any.

44 Ut dignoscatur, quæ supra diximus de oppositionibus, & molestijs dictorum Moliners, circa prædicta observandum est sequens capitulum dicti Regij Privilegij, ibi : Item, que placia à la dita senyora Reyna, e que sia de sa mercè, atesa la extrema necessitat, en que son posats los Iurats, e Prohomens per las grās oppositions quels ha feren, axi en Juan Moliner com viuia, com en Pere Moliner son fill, que sian donadas totas scripturas, prouisions, e contracles, e executorias de aquellas, e de aquests capitulo, e de totas altres executorias dependents, emergents dels præsents capitols franchs, e franchises de dret de segell. Plau à la senyora Reyna, donar de quins

cum capitol executoria, si tan voldràn de cascu, e de tots ensemps.

45. Hujusmodi Privilegia sunt firmiter observanda, & ad implenda, quia ultra obligationem, & iuramentum, dedit, & solvit dicta Vniversitas domino nostro Regi, seu de ejus ordine, & voluntate Regio Thesaurario octingentos florennos aurii Aragonum, ut facetur domina Regina in sequenti capitulo,

**I**ibi: Item, que la dita senyora, o son Tresorer confessaran ab carta auer aguts, e rebuts realment en contans per fermar los presents contracte, e capitols, los quals de voluntat, e manament de la dita senyora son estats donats realment, e de fet à Mossen Matheu Pujades Caualler, e Tresorer del senyor Rey, e seu 800. florins dor de Aragò, e de just pes, los quals los dies Iurats, e Promens auian promesos, e ara donan, e hajen à donar per auer tot compliment de fermas per als dits capitols, e contracte, ab totes sas executorias. Plau à la senyora Reyna.

46. Quæ omnia cum effectu essent perfecta, & executio ni mandata, scilicet venditio facta per dictum Ioannem Pinyol dominum ante jurisdictionis Civilis, prælibatæ jurisdictionis, dictæ Vniversitati, & translata, postea in dominum nostrum Regem, utendo dominus Rex ex titulo habito ab Vniversitate, & probis hominibus dicti Loci de la Granadella, succendentibus dicto Pinyol, ad notitiam Fisci Procuratoris pervenit, quod aliqui vassalli Loci de la Bouera recusabant præstare sacramenta, & homagia dicto domino nostro Regi hæsitando, si in retentione jurisdictione Civilis Villæ Granatellæ, erant cōprehensi, ob quod, cuidem emancipatæ filiæ Petri Moliner, & præstiterunt, cum hæc essent exposita dominæ Reginæ pro parte Syndici Villæ de la Granadella, & instantे etiam Fisci Procuratore, emanavit littera Reginalis data Valencia 2. Decembris 1444. quæ seriè totius præmissi negotij affectuationem, & perfectiōnē probat, & ea, quæ temporis injuria inveniti non potuerunt, per necessarium præsuppositum veniunt probata ex verbis dispositivis dictæ Regiæ litteræ, & ex infra dicendis: Et ita ut ad institutum omnino necessaria in præsenti inserere decrevimus. Maria Dei gratia, &c. ibi: Quanquā in restitutione, quā fieri mādavimus Petro Moliner domicello, de bonis redditibus, & alijs iuribus suis

suis ad manus Curiae Regiae, siue nostra per vos apprehensis in vim sci-  
licet certi processus contra dictum Petrum Moliner per Nos facti, vir-  
tute Vsaticorum Barcinonae, et signanter Vsatici incipientis, Auctoritate,  
et Rogatu, fuerit intentio nostra, pro ut nunc est jurisdictionem  
retinere Ciujem, nedum solius Loci de la Granadella sed duorum etiam  
Bariorum, siue exiguarum populationum parum ab ipso Loco distan-  
tium vocatarum la Pobla, e la Bouera, quae multis respectibus cum  
eodem loco unum corpus esse à Nobis, et ab omnibus fore censemur,  
quia in quosdam hasitantes audiuiimus, ubi verisimiliter hasitandum  
non est: an videlicet in retentione jurisdictionis ipsius per Nos, virtute  
dicti processus, ut prædicitur facta, propter nominationem solius Loci  
de la Granadella veniat jurisdictione dictorum Bariorum, siue popu-  
lationem de la Pobla, e Bouera, ad excludendum omne dubium sup-  
plicante inde parte priuata dicti processus, ac postulante, nedum inten-  
tionis, et propositi nostri, sed dictæ retentionis, et inde emanatae pro-  
visionis mentem clarus declarari significamus vobis, quod in retentio-  
ne prædicta retenta fuit, et est jurisdictione dictorum Bariorum, siue  
populationum, la Pobla, e la Bouera vulgariter nuncupatorum; nam  
ex quo ipsa Barria, siue populationes, tunc dicto Loco de la Granadella  
unum corpus esse reputauimus, et pro ut nunc reputamus, caput ipsius,  
vel potiorem partem corporis, quae est dictus Locus de la Gra-  
nadella in retentione solummodo nominauimus, hoc ad sufficientiam re-  
putantes, quod sic omnem dubitationis submouentes scrupulū ad cau-  
selam fuisse, ac etiam decernimus, et declaramus serie cum presenti:  
Per eandem vobis, et vestrorum singulis expressè mandantes, sub  
nostra gratia, et mercedis obiectu, pœnaque dictorum duorum mil-  
lium florennorum auri, ultra pœnas alias in Vsaticis supradictis adje-  
ctas, quatenus apprehensionem, et retentionem jurisdictionis prædi-  
ctas, non solum iuxta litterarum, seu provisionum inde emanatarum,  
seriem, sed declarationis etiam, et decreti hujus nostri clariorem teno-  
rem teneant, firmicer, et obseruent, faciatisque ab omnibus inconcusse  
obseruari, si quid, et quidquid in oppositum actum est, ad statum de-  
bitum in personam nostram celsitudinis reducentes. Nos enim vobis su-  
per his vices Regias, atque nostras ad cautelam committimus serie  
cum eadem. Dat. Valent. La Reyna.

Verum

25

47 Verum nam post prainsertæ litteræ, seu prouisionis emanatione, pro ut pro parte Syndici dictæ Villæ de la Granadella nostri Majestati est expositum reuerenter, quod virtute dictæ, seu prainsertæ litteræ, seu prouisionis, aliqui vassalli, seu habitatores populati in loco de la Bouera, qui locus annexus, et ferè unum corpus eidem Ville de la Granadella est, et esse judicatur, sacramenta, et homagia fidelitatis, quæ dicto domino Regi, seu Nobis præstiterunt etiam, et eadem fidelitatis sacramentum, et homagia; cuiam emancipatæ filie dicti Petri Moliner, ut asseritur, præstiterunt, de quo si ita est veniant nimium arguendi, quorum punitionem vobis in posterum reseruamus. QUARE instantे, et Nobis humiliter supplicante Fisci Procuratore succedente in jurisdictione dicti Loci de la Granadella, de cuius pertinentijs, est jurisdiction Bariorum de la Bouera, et de la Pobla, ex titulo habito ab Vniuersitate, et probis hominibus dicti Loci de la Granadella, habentis causam in eisdem à Ioanne Pinyol emptore dictæ jurisdictionis, et jurium suorum, et c. Vobis, et cuilibet vestro dicimus præsentis serię, et mandamus strictè sub pena in dicta littera, seu prouisione adjecta, quatenus accedendo personaliter ad locum de la Bouera dictæ fidelitatis, sacramenta, et homagia pro dicto domino Rege, seu Nobis, de nouo, à dictis hominibus recipiatis: Nos enim dictis hominibus, et seu dicti Loci de la Bouera habitatoribus, dicimus cum hac eadem, et mandamus strictè, sub pena mille florennorum à bonis contrafacentium irremissibiliter habendorum, quatenus ipsa sacramenta, et homagia fidelitatis in posse vestro, seu illius vestrorum qui ad dictum Locum pro præmissis accedat, de nouo præstent, et præstari, per quos deceat faciant omni dubio, et difficultatibus cessantibus, si dictam pœnam cupiunt evitare, committentes vobis, et vestrum cuilibet super predictis omnibus, et singulis vices nostras plenariè cū presenti. Datum Valencia die 2. Decembbris 1444.

48 Hinc facilimo negotio intelligitur, quare 15. Iunij 1445. & 7. Iulij eiusdem anni, & sic iam elapso anno, inveniatur dictum Ioannem Pinyol Baiulum dictæ Villæ de la Granadella, & Locorum de la Pobla, & Bovera nominatum, & creatum fuisse per dominum nostrum Regem, & eius nomine jurisdictionem exercere, ut liquet ex binis instrumentis noviter

G

produ

productis in processu appellationis corā Nob. Petro de Amigāt, quæ leguntur pag. 140. & 155. retro, signantē ponderādo verba illa ; *Al honrat en Juan Pinyol Batlle de la Granadella, & de la Pobla, & de Bouera, per lo molt alt senyor Rey de Aragò* : Quapropter in dubium verti nequit, Ioannem Piuyol vendidisse omnē illam jurisdictionem Civilem sibi venditam, dictæ Vniversitatī de la Granadella, & illam postea dictam Vniversitatē, transculisse in dominum nostrum Regem, eiusque Regio Patrimonio vnitam, & incorporatam fuisse ex prædicto titulo emptiōnis, & litionis dictæ Vniversitatis, & ob id in hac possessione extitisse dominū Regem dictæ jurisdictionis Civilis, & ad instantiā dictæ Vniversitatis, & Fisci Procuratoris, de novo præstata fuisse sacramenta, & homagia, & Officiales creatos fuisse per dominum nostrum Regem, pro exercitio dictæ jurisdictionis Civilis, quæ omnia evidentē probant, prælibatām emptiōnem jurisdictionis Civilis per Vniversitatem factam debitum sortitum fuisse effectum, & per multum temporis spatiū ex prædicto titulo in possessione fuisse, & extitisse dictum dominū nostrum Regem, ut pensatis omnibus antea dictis faciliō negotio comprobatur.

49 Nec negare hæc poterit Nobilis Adversans, quia ex instrumento per eum exhibito 10. Maij 1681. apertis, dispositi, visq; verbis id exprimitur, ibi : *Deinde vero dictus Ioānes Pinyol, dictam jurisdictionem per eum sic emptam in Iuratos, & probos homines Ville de la Granadella transtulit pro simili pretio dictorum trium mille florennorum, & facta ipsa translatione pro ipsius validatione Iurati, & probi homines dictæ Ville, ipsam jurisdictionem in Nos, seu dictum dominum Regem transtulerunt, certa capitula in eorum favorem à Nobis obtinentes, dilecto Consiliario, & Thesaurario Regio Mattheo Pujadas Milite interueniente in eis, quæ per ipsum dominū Regem post confirmata fuerunt.*

50 Verum quamvis dictus Moliner approbasset, & ratum habuisset suū crimen habendo se pro cōvicto, & confessō, humili supplicatione ad Tribunal clementiæ domini nostri Regis, recurrendo ad effectum suspendendi ea, quæ ad instantiam di-

27

Et Ioannis Pinyol contra eum facta fuerunt, scilicet apprehensio omnium bonorum suorum, mobilium, & immobilium; & quod dominus Rex clementè se gerens cum eo sua solita benignitate, mandasset ei restitui omnia apprehensa, remittendo que ei injuriam, & deshonorem sibi factum, & omne ius, & interesse dicto Regi pertinens; retenta tantum jurisdictione Civili, quam habebat in dictis Locis, pro expensis, & damnis illatis dicto Pinyol, per Regiam Curiam taxatis, approbando dictam taxationem, & per tot temporis spatium, quod intervenit usq; ad traditionem possessionis seu quasi dictæ jurisdictionis Civilis dicto Ioanni Pinyol, nihil conquerendo, nec opponendo contra dicta procedimenta, quamvis omnia ipsi notificarentur, & alias etiam sciret, dictam jurisdictionem Civilem venditam postea fuisse, per dictum Pinyol in favorem dictæ Vniversitatis, & quod postea eadem Vniversitas dictam jurisdictionem suis pecunijs sic emptam, translatam fuisse jam in dominum nostrum Regem, & eius Regio Patrimonio incorporaram; nec non cum Officialibus per Regem in executionem prædictorum nominatis, illam pacificè exerceri, nihil de omni vita suæ tempore contra hæc allegando: nihilominus obtinuere postea successores, non citato Fisci Procuratore, nec dicta Vniversitate novis emptoribus, & successoribus respectivè dictæ jurisdictionis Civilis, elapsis pluribus annis, de mense Iunij 1447. quasdam litteras executioni mandatas per Ludovicum Pontonem Algutarium, qui de facto expoliavit dictam jurisdictionem, apprehendendo omnes scripturas, venditiones, & contractus, quos circa eam habebat dicta Vniversitas, mandando illi, quod à cætero recognoscerent dictos Moliners pro indubitate dominis dictæ jurisdictionis Civilis, ut ex meritis processus liqueret.

51 Videns dicta Vniversitas prædictis procedimentis, ea non audita, & citata gestis, de facto spoliatam, & privatam fuisse, re, & pretio, quod non ita sequutum fuisse, si citata, & cum cognitione causæ res gesta foret, quia tunc dicta Vniversitas sibi consulens, citasset Procuratorem Fisci Regij Patrimonij, & petisset eum condemnari ad sibi restituendum octingentes florē-

nos

nos auri Aragonum, per dictam Vniversitatem pro p̄dictis, domino nostro Regi solutos, nec non, & dictum Ioannem Pi-nyol condemnari ad sibi restituendum tres mille florennos auri Aragonum, ei pro pretio jurisdictionis Civilis pariter solutos, adivit propterea, & instantissime supplicavit Fisci Procurato-rem, ut eam defendereret, ut tenebatur, & à dictis molestijs, & dannis eam liberaret, remq; in pristinum statum restitui, & reponi curaret, ut ita factum fuit, fortiter conquerendo dicta Vni-versitas, & postea dictus Fiscus Regius, coram domino nostro Rege de p̄dicto spolio, ut ex illorum petitione coram domi-no nostro Rege porrecta aperte constat, in quo sanè consistit totius hujus negotij, & praesentis litis efficax fundamentum.

52. Tenor supplicationis Vniverisitatis ita fuit, ibi: Glorio-  
fissime, ac victoriosissime Princeps vestri Regiae celsitudini humiliter  
exponunt Iurati, & Proceres Villa Granatella, Locorum de la Pobla,  
& de Bouera Vicaria Ilerden seu eorum Syndicus: quod cum ipsa  
Vniverisitas justo titulo emptionis, & bona fide emerit, & ex causa  
dicta emptionis, quae fieri jurisdictionem Ciuilem, & imperium mini-  
mum, que, & quod, ad dominum dictae Ville dicebatur pertinere, ex-  
cepto meno imperio, & alia jurisdictione, que ad vestram celsitudinem  
pertinet: & illam jurisdictionem, & imperium sic quæstam, cum an-  
te in parte essent sub immediata jurisdictione vestre Majestatis cu-  
pientes tota liter applicari Regia Corona, & dominationi vestra dicta  
jurisdictionem sic emptam, habitis certis tractatibus, cum Serenissima  
domina Regina Locumtenenti Generali vestra celsitudinis in pari-  
bus, audiens sub certis pactis, retentionibus, & conditionibus in vestram  
Majestatem translulerunt, & transportarunt, & signanter sub hoc  
pacto intercetera, quod nunquam dicta jurisdictione in vestram Ma-  
jestatem, ut p̄dicitur translata, nec alias dicta Villa, & Loca pos-  
sint separari, nec auelli à Regia Corona, nec in aliquem, quacunque di-  
gnitate fulgente unquam transferri, aut transportari cū diuersis obli-  
gationibus, pœnis, juramentis per vestram Regiam celsitudinem, &  
dictam dominam Reginam præsticis, & quod si contrarium fieri con-  
gerit, quod eo casu nunc pro tunc essent soluti ab omni homagio, & fi-  
delitate, & pro eo casu fuerint præstica homagia Consiliarijs, & Ciui-  
tati

29

tati Barchinona, pro ut hæc, & quæplura alia in Privilegijs, &  
 instrumentis inde actis continentur: cumque dicta Vniversitas,  
 & homines dictæ Villæ, & locorum ex causis prædictis, & alias,  
 justis, & iustissimis titulis, & bona fide fuissent, & essent sub imme-  
 diato dominio, & jurisdictione plena, vestris, & per vestros Officia-  
 les Regios regeretur, & exerceretur. Quadam die mensis Iunij pro-  
 ximè præteriti dicta Vniversitate, nec illius Syndicis, vel Pro-  
 curatoribus, aut aliquibus alijs non vocatis, nec auditis, quidam  
 Algutzirius dictæ dominæ Reginæ vocatus Ludovicus Pontos,  
 cum maximo rigore, minis, comminationibus, & terrore ex  
 parte, vt asseritur dictæ dominæ Reginæ, & cum litteris à sua  
 Curia, vt fertur emanatis, vi, & metu contra formam dictorum Pri-  
 uilegiorum compulit Iuratos, & homines dictæ Villæ, & locorum præ-  
 stare homagium, & juramentum fidelitatis pupillis filiis Petri Moliner  
 quondam, qui antè dicebatur fuisse dominum dictæ Villæ, seu  
 dictæ jurisdictionis Civilis, sub colore, quod quidem processus  
 de Auctoritate, & Rogatu factus, & declaratus in Curia Regina-  
 li contra dictum Petrum Moliner, ad instantiā Ioannis Pinyol,  
 & vestri Fisci Procuratoris, cuius vigore dicebatur, dictam ju-  
 risdictionē executatam locū nō habere, necnon in actu præsta-  
 tionis iuramenti, & homagij prædictorū ab eisdem hominibus,  
 privilegia, contractus, capitula, & alias scripturas in sui prima fi-  
 gura violenter abstulit, vt de jure suo, & vestro interesse nequirent  
 ostendere, producere, vel allegare, spoliando minus debitè, et injustè  
 vestram Regiam Majestatem, ac dictam Vniuersitatem à possessione  
 prædictorum, non considerato, quod hac omnia juri, Dignitati Regiae,  
 ac Vniuersitati prædictæ grauem afferunt lesionem, cumque sit verum  
 dictam vestram celsitudinem, nec dictam Vniuersitatem non possidisse,  
 nec habuisse dicta jurisdictionem vigore executionis prædictæ, immo  
 alias justo titulo, emptionis illâ acquisiuerunt à Ioanne Pinyol dictæ  
 Villæ, & sic empta, & ex justis titulis quæsta à dicto emptore, qui  
 ipsum iuste possidebat; fuit in vestram Regiam Majestatem tradita,  
 & per consequens in vim Vfaticorum Barchinonæ, Constitutionum Ca-  
 thalonie, & pactorum, sive capitulorum inter vestram celsitudinem,  
 & Vniuersitatem initorum, juramento Vallatorum, pretio justo vestra

H

celſi

Rey, contengut en la dita lletra, è de assò requerim à vos en Notari la-  
uers carta publica, o ajustaro ab lo desus request.

25 Quibus respondit dictus Bajulus in continentí verbo  
dictis Syndicis, Que era prest, y aparellat de ferlos justicia, agut acort,  
è consell de son Aduocat, è demanda trafllat, lo qual encontinet li fonch  
donar; de quibus omnibus fidei facit Petrus Guells Vicarius, &  
Notarius Perpetuus Ecclesiæ Villæ Granatellæ; ut videre est in  
dicto processu jurisdictionis in instrumento per hanc par-  
tem producto à fol. 221. ad 219. retro.

26 Ad corroborationem ante dictorum observatione dig-  
nissimum est, id quod approbarunt, & firmarunt in favorem  
dictæ Vniversitatis, Serenissima Regina Domna Maria, & Se-  
renissimus Rex Alphonsus binis Privilegijs; Dictæ dñæ Regi-  
nae datum in Palatio Regali Valenciæ 24. Novembris 1444.  
& domini Regis Alphonsi in Castro Novo Civitatis Neapoli  
16. Maij 1446. quæ leguntur à fol. 201. ad 210. retro, scilicet  
pactum illud, respectu luitionis jurisdictionis Criminalis dicto-  
rum Locorum, fatendo omni cum effectu luisse illam, & quod  
remanerent in suo vigore pacta, & conventiones factæ respectu  
illius, inter prælibatam Vniversitatem, & eundem dominum  
Regem Alphonsum, (quæ supra diximus) à num. 18. propt ex-  
tenore dicti pacti facile comprobatur, ibi: Item, se retenen los dits  
Iurats, è Promens, que per los presentis capitols, eo contracte no sia en  
res innouat, o prejudicat als altres capitols jurats, è fermats ab lo senor  
Rey vuy benauenturadament regnant, de una part, è los dits Iurats, è  
Promens de la altre part, quāt los dits Iurats, è Promens lluiré la juris-  
dictio Criminal per al dit senyor Rey: ans romangan en llur força, y  
valor, sino en so que seràn contraris diuersos, è no competibles ab los  
dits capitols ja jurats, o algu de aquells. Plau à la senyora Reyna:  
Hinc anno 1448. rescripto Regio fol. 233. legitur, ibi: Excepto  
mero imperio, & alte jurisdictione, que vestram celsitudinem perti-  
net, &c.

27 Taliter quod de anno 1479. fatetur Michaël Moliner  
omnimodam jurisdictionem Criminalem, altam, & baxiam,  
cum mero, & mixto imperio, & omni gladij potestate penès  
ipsum

15

ipsum nō fuisse, sed quod dictæ jurisdictionis erat dominus iam,  
 & possessor, dominus noster Rex, & ita affirmat dicto Privilegio Serenissimus Rex Ferdinandus, extrahens de dominio, proprietate, & possessione sua dictā jurisdictionē, illā transferendo  
 in dictū Moliner, ad effectū, ut inde illam teneret, & possideret,  
 quod sane innegabiliē probat effectum sortitum fuisse luitiō-  
 nem dictæ jurisdictionis, in favorem domini nostri Regis, pecunij proprijs dictæ Vniversitatis redimendo illā, ab oppigno-  
 ratione anterioris, omniq[ue] cum effectu incorporatam fuisse  
 domino nostro Regi, cum pacto tamen expresso illam non se-  
 parando à Regia Corona, cum clausulis tam irritantibus, quod  
 ipso iure, & ipso facto; nunc pro tunc annullatur, quidquid per  
 dominum Regem in contrarium fuerit factum.

28 Cum ex circumstantijs præmissorum constet dominū  
 dicti Loci Petrum Moliner, detentorem dictæ jurisdictionis,  
 odio prosequutum fuisse singulares dictæ Vniversitatis, qui re-  
 emerunt præmoratam jurisdictionem, & diligebant reuniri do-  
 mino nostro Regi, vt liberarentur à molestijs dicti Petri Moliner,  
 super his orta fuit contentio pro parte aliquorum, quorum  
 caput erat ipse Petrus Moliner, vt facile dignoscitur ex verbis  
 Rescripti domini nostri Regis superius inserti *num. 21.* quorum  
 causa, coacta fuit Vniversitas recurrere ad dominum nostrum  
 Regem, vt super dictis molestijs, ac contradictionibus de iusti-  
 tiæ remedio debitè provideretur, ob quod missit Vniversitas  
 suum Syndicū, nomine Ioannem Pinyol Agricolā dicti Loci  
 de la Granadella, qui omni cum effectu ad Regiam Curiam  
 ivit, & egrè ferens, dictus Petrus Moliner gesta, & facta contra  
 eum per dictam Vniversitatem, & Syndicū coram domino  
 nostro Rege, informando plenè illum de molestijs, & seductio-  
 nibus, à Curia redeundo, dictum Syndicū Ioannem Pinyol  
 carceribus mancipavit, ob quod dominus noster Rex, seu eius  
 Ministri, processerunt contra dictum Moliner, instantे dicto  
 Pinyol, per processum Regaliæ, in vim Usatici, *Auctoritate, et*  
*Rogatu*, in quo disponitur, ut omnes homines, tam Nobiles, quā  
 ignobiles ad potestatem venientes, vel cum eis stantes, siue ab  
 eis

di Et & consorti nostræ charissimæ, nostrum hunc declarantes intentum; ceteris dicimus, præcipimus, & mandamus, de certa nostra scientia deliberaçionem, & expresse, sub ira, & indignationis nostre incursu, ac pœna in ipsis præinsertis litteris contenta, & alijs grauioribus nostro reservatis arbitrio, quod tenentes inuiolabiliter obseruantes in omnibus, & per omnia litteras superius insertas velut justissimas, & de justitia procedentes, juxta sui seriem plenioram in continent, acceptis præsentibus easdem, & omnia in eis contenta exequamini, & compleatis operis effectum, quia sic procedit de immutabili proposito mentis nostræ, & omnino fieri volumus omni dilatione, et consultatione cœsanibus, quibus suis alijs nostris litteris contra justitiam emanatis, et alijs in oppositum indebet allegatis, vel allegandis, obſistentibus nullo modo, nec contrarium facietis, quauis causa, quin nos iterum ad cautelam vobis omnibus, et singulis nulla distinctione habita, pro ut fueritis requisiți, &c. suo casu, vices, voces, et potestatem nostras in execuzione prædictorum committimus plenariè per præsentes TOLLENTE SVIS FACIENDI CONTRARIVM OMNE POSSE, dat, &c.

55 Non contentus Serenissimus dominus Rex prædictis, ita strictissimis litteris, desiderio desiderans, omni cum effectu, vt eius Fisco, & Vniversitati consuleretur epistolam specialem super hoc missit Serenissimæ Reginæ eius Locumtenenti, ad effectum, vt inviolabiliter, & incontinenti adimpleretur, & exequeretur eius Rescriptum, tanquam præcedente sui Regij Consilij, omnibus visis, attentis, & examinatis matura deliberatione, cum clausulis sanè admirabilibus, ibi:

56 Illustrissima Reyna, nostra molt cara, è molt amada mulier, è Lloctinent General: Vehent lo poch fruyt, è executiò, que han hagut las lletras que los anys passats essent Nos en lo camp prop de la Pescara, sem despaxcar en fauor nostre, è de nostre Fisch, sobre que fossen reintegrats en la possessiò de la jurisdicció, è mixt imperi en los llochs de la Granadella, de la Pobla, è de Bouera de la Vegueria de Lleyda, de la qual possessiò nostra Cort, o Officials, foren indebitament expellits, contra forma de altres nostras lletras, que à instantia, è en fauor dels hereus den Pere Moliner quondam, pretenent à ells pertanyer la dita

jurisdiction, è mixt imperi, fetas vos hauian, sots data de 28. Mars  
 del any 1447. en la Ciutat de Tibuli, no sens enuix auem nouament  
 fetas spaxar de nostra Cort altras lletres sots data de la present, per  
 sistint tota via en la execució, è effecte de las ditas lletres spaxadas  
 en lo dit camp prop Castelló de la Pescara, segons per aquellas poreus  
 llargament veurer; auré plae, è axius ne encargam mole stremant, q  
 auent en asso altrament recomanada la justicia noctra, è de nostre Fisch  
 encontinent, cessant tota dilaciò, è consulta executees, è fassers executar  
 las ditas nostras lletres, cõ ha justissimas, è racionables, tota excepció ces-  
~~ant~~ ~~sant~~; Car questa es nostra intenció, è ferma, è deliberada voluntat,  
 è proposit, è tota dilaciò, que en asso pus se donas, nos desplauria gra-  
 uament, è mes, que nous poriem escriurer, è som massa marenellats, que  
 pus assi en nostre Consell ab matura, è digesta deliberaciò es estat vist,  
 è determinat procehir axi de justicia; aquila execució se metà en dis-  
 putar, auenchi majorment INTERES NOSTRE, E DE NOS-  
 TRE FISCH, &c. provt legitur in processu jurisdictionis, fol.  
 404. retro.

57 Quanta sit vis, & auctoritas dicti Regij Rescripti, &  
 aliorum observatione dignissimum duximus, quod eruditè pro-  
 sequitur Don Antonius Fajardo alleg. 1 num. 95. ibi: Octavo præ-  
 mittitur, quod dominus Rex Philippus Secundus in dicta sua Epistola,  
 quod iussit fait generaliter circa recuperanda feuda, & alia Regalia,  
 & si specificè de possessis per Borromeos jusseric idem fieri per epistolam,  
 seu Rescriptum legem dedit, quia Principis Rescriptum, vel Epistola  
 lex est, & pro lege allegari, & haberi debet, §. sed quod Principi pla-  
 cuit, instit. de iure natu. gentium, &c. Sanfelicius decis. 221. num. 6  
 par. 2. Pater Salas de legibus, disput. 2. sec. 6. Borrellus in summa decis  
 tom. 1. tit. de legibus, num. 14. Giurb. obseru. 77. num. 6. Noguerol. al-  
 leg. 26. num. 267. Don Juan de Solorzano de jure Indiar. lib. 3. cap. 12.  
 num. 66. 67. ubi dicit dictas Regias epistolas jus inducere. Et in alleg.  
 9. num. 502. dictus Fajardus ait, ibi: Et cum quæstione Iuris expres-  
 so aliquorum responso deciduntur, & accedit Principis auctoritas, non  
 manet locus à ratione intendere contrarium, l. & ideo, ff. de legibus,  
 Aeneas Robertus lib. 4. rer. judicata. cap. 6. in prin. Matheu 2. par. tio.  
 8. cap. 1. num. 2. ante finem, & inter pugnantes opiniones justificara  
 I manet

manet, quæ à Principe fuit electa, ut post Suarez, Vazquez, & Diaz  
nam, Noguerol alleg. 32 num. 169. T ab in iudic. n. 7. ibi  
58. Quæ indubitante procedunt, quando Regia Res-  
cripta (provt sunt nostra) leguntur facta, & expedita discussio  
negotio, ex Consilio, & voto Procerum, Don Ioannes Solor-  
zarus de jure Indianorum, tom. 2. lib. 1. cap. 13. num. 72. qui, ibi : Et  
semper debet presumi pro legibus, & iussionibus, quas Nostri Reges in  
negotijs, ita arduis edunt, maxime canticorum Patrium consilio, & au-  
toritate interueniente, iuxta ea, quæ latè adduximus, 1. tom. lib. 3. cap.  
2. per tot. l. fin. C. de fidei suffisib., cap. cū M. de Constitutio. l. huma-  
num. 8. C. de legib. & c. Neque enim est credendum Senatores, & vi-  
ros graues, & c.

59. Merlinus lib. 1. controv. cap. 71 num. 17. ibi : Quarta, qua  
ponit falcam ad radicem in casu nostro, censetur Princeps disponere ex  
certa scientia ibi rescribit ad relationem Iudicis, seu Magistratus, ex  
Cephalo cons. 439 nu. 45 lib. 1. tenet Barbosa de clausulis usufrequen-  
tia. 59. n. 59. tale enim erat rescriptum huius causa, scilicet expeditū  
ad relationem magna Curia Vicaria, pro ut fieri solet in Collaterali Con-  
silio. *Et huius boup, amixub, quin illingb, pnoiravido minoile*

60. Idem Merlin. controv. tom. 2. cap. 70. num. 8. ibi : Id qua  
presentim, si Princeps disponat accidente consilij deliberatione, qui qui-  
dem actus ita gestus tanti est roboris, & efficacia, ut disposita, omni  
vitio purget, & plusquam si Princeps solus disponeret, operantur  
Andreas in cap. 1. nu. 16. & ibi Afflict. nu. 27. qui succel. teneant  
Bald. in l. humanum. Cod. de legibus Capyci. decis. 166. num. 7. Ro-  
land. à Valle consil. 1. num. 86. vol. 2.

61. Dominus Nobilis Regens Matheu, & Sanz de Re  
Criminali, controuer. 21. à num. 57. ibi : Cum in dubio semper presu-  
mendum Principem, cui assident Ministri integerrimi, peritissimi, at-  
que prudentes ex causa justa moueri, l. relegati in fine, ubi glos. ff. de  
pænis, clemen. unica de probationibus, cap. cum à nobis de testibus,  
docent Iulius Clarus d. quest. 60. num. 15. & 16. Xammar dict.  
quest. 3. num. 37. & 38. in tantum quod ait, quod quamvis ad-  
sist verba deprecativa in Decreto Regio, nihilominus vim ha-  
bent iussionis expressæ, ut dixit dict. loco nu. 51. ibi : Et quam-  
quam

67

quam in decreto verbis deprecatiis utaretur vim habebant iussionis expressa, ex traditis per Salicetum in l. si vero, Cod. ad l. Iuliam de adulterijs, Tiraquel. de pœnis temperandis, consil. 35. num. 1. Afflict. decis. 69. num. 5. Menoch. de arbit. casu 344. nu. 13. Cenedo Canoni. quæst. 45. num. 20. ex nostris Humada l. 49. tit. 6. glos. 3. par. 1. Bonadilla lib. 1. polit. cap. 28. num. 63. Azeuedo in l. 1. tit. 1. lib. 4. recopila. in fine, pluribus Salgad. de Reg. protect. 1. par. cap. 2. num. 154.

62 Nobilis Regens D. Raphel Vilosa in dissertationibus nonnissimis post tract. de fugitiis in differ. 6. §. 6. num. 12. sic ait: *Assertio- ni Principis præcisè est standum quando est cum suis Senatoribus.*

63 Per pulchre Nobilis Regens Don Michaël de Corti- da in allegatione pro Fisci Procuratore Bajuliæ Generalis, con- tra Curiam Ecclesiasticam Vrgellen. & fratrem Bartholoméum Morillo, num. 136. ibi: *Quæ indubitanter procedunt in nostro casu,* quo prædicta Epistolica Rescripta sua Regia Maiestatis expedita sunt per S. S. Regium Aragonum Consilium, ut vacillari non possint, nec contra illa admitti aliqua oppositio. Grammaticus decis. 65. num. 62. et 63. Afflict. ut in cap. domino guerram not. 2. nu. 5. ad 10. Schrader conf. 2 1. à num. 111. vers. Et hoc potissimum, qui stan- ce communicatione facta cum Consiliariis Supremi Aragonum Consilij nō est simplex assertio Reginæ nostræ, sed et omnium Consiliariorum, nam eunc standum est eorum assertionibus. Afflictis decis. 66. num. 7. Ga- briel communium conclus. de probatio. lib. 1. conclus. 2. num 34. Roland. consil. 1. à num. 84. lib. 2 quo citat Farinac. in prax. part. 2. quæst. 63. num. 181. Decian. conf. 41. num. 29. et 32. lib. 2. Menoch. conf. 100. num. 26. et 17. plures citat Sanfelicius post decis. 150. disp. vni. de donatiuo tempore belli à num. 3. ad Regentem Vico ad Pragmatic. Regni Sardinie, lib. 1. tit. 4 num. 15. Quezada et Pilo tom. 2. contro- foren. cap. 17. num. 45. Nam factum, vel dictum Principis cum Con- silio Procerum, præsumitur justum. Decian. conf. 25. num. 19. tom. 1. et alij apud Reg. Vico ad Pragmaticam Regni Sardinie, tit. 4. num. 16.

64 Et quamvis aliqui tentaverint prædicta non proce- dere, quando agitur de causa propria ipsius Principis, & tracta- tur de eius commodo, vel interesse; tamen contraria præva- luit

luit sententia, quando de Consiliorum voto, & Consilio ref-  
erbit, ut eleganter observabit dictus Nobilis Regens de Cor-  
tiada in dicta allegatione pro Fisci Procuratore Bajuliae Gene-  
ralis, num. 142. ibi: *Tertio quamvis objectio procedat, etiam quando Princeps afferit se bene informatum à juris fide dignis.* Farinac. in prax.  
par. 2. quest. 63. num. 110. 111. & 112. 171. 172. & 173. Castillo  
de Tertijs, tom. 7. cap. 6. nu. 12. tamen cum assertione Principis concur-  
rit subscripto Consiliariorum, (ut in hoc casu) cum tunc non sit sim-  
plex assertio Principis, sed omnium Consiliariorum illi statut, & credi-  
tur ex Farinac. Sanfelicio, & alijs citatis num. 136.

65 Hinc affirman Doctores Principum Rescripta am-  
plianda, & interpretanda esse latissimè, metiendaque juxta il-  
lius potestatem, Bart. in l. 1. Cod. de juris, & facti ignorantia, &  
in l. si quando 33. Cod. de inoffi. testam. Grammat. decis. 59. nu. 46.  
Hipolit. de Marsil. singular. 483. Capyc. Latro consult. 145. num.  
110. 112. & 113. taliterque interpretari, vt aliquid iuri com-  
muni addant, cap. si Papa de priuileg. in 6. l. 1. in fin ff. ad Mu-  
nicip. Bellon. cons. 99. num. 6. & 26. Rot. Romana decis. 119. nu.  
9. par. 6. recent. Fontanel. de pact. claus. 4. glof. unic. par. 1. num. 5.  
& 16. late Don Ferdinandus de Escanno in propugnaculo Hiero-  
solymitano, disp. 15. cap. 2. nu. 10. eleganter Nobilis Regens Don  
Raphael Vilosa de fugitiuis, cap. 20. num. 28. ibi: *Quando autem  
verba concedentis sunt generalissima, & amplissima tunc metienda  
esse iuxta illius potestatem, tenent Menchaca de successio creat. lib. 3. §.  
30. num. 294.* ibi: *Cum in his concessionibus Princeps, uti soleat ver-  
bis generalibus, & amplissimis, non dubius est, quin Princeps voluntas  
se extendat quatenus ipsa potestas extendit se se, & beneficia Principū  
latissimè esse interpretanda sunt iura in l. 3. de Const. Principum, l. penul.  
C. de donat. l. fin. Cod. de propositis. Agen. in rebus lib. 12. Decia. consil.  
22. n. 13. lib. 1. Gutierrez lib. 7. quest. 1. n. 26. Reynoso obseru. 5. n. 29.  
Iason. in l. Imperium, num. 14. ff. de jurisdic. omnium judicum, An-  
gelus consil. 17. num. 2. & 3. Covarrub. pract. quest. cap. 1. num. 2.  
& 3. Sesse decis. 160. 267. par. 2. Giurba decis. 23. num. 10. Bo-  
vad. lib. 2. politic. cap. 26. num. 52. Larrea alleg. 10. num. 1. alleg. 43.  
num. 2. alleg. 77. num. 28. & alleg. 89. num. 8. Valenzuela conf. 83.  
num.*

68  
37

num. 77. Solorz. de jure Indiarum guber. tom. 2. cap. 10. num. 44. et  
72. Cancer lib. 3. var. cap. 13. num. 163.

66 In terminis prædictorum nos versari facile colligi vallet pensatis verbis domini nostri Regis dictis in rescriptis expressis, & signanter rescripto dato in Castris Castilionis Pisca-riæ 3. Ianuarij 1448. ibi : *Mandamus ceteris, de nostra circa scien-  
cia, & expressa, ac sacri nostri Consilij matura deliberatione. Et in res-  
cripto anni 1450. ibi : E son massa marauellata, que pus assi en nos-  
tre Consell ab matura, è digesta deliberatio es estat vist, è determinac  
procehir axi de justicia; aquila execucio se met en disputa, auenthi  
majorem interèst nostrè, è de nosstre Fisch.*

67 De interesse sanè domini nostri Regis dubitari nequit, quia geminatis instrumentis plenè constat dominum nostrum Regem factum fuisse dominum, & in possessione tunc extitisse dictæ jurisdictionis, illamque exerceri per suos Regios Officiales. Ideoque citari debebat coram suo Iudice: nam quolibet in actu, citari debet ille, qui habet interesse, D. Ioannes Baptista. Larrea alleg. fisc. 90. Don Francisco Maria Prato discip. foren. cap. 42. ex num. 18. Rot. Romana coram Rojas decis. 155. nu. 1. Ripoll ad Peguer. rub. 5. num. 2. Galerat. de renunt. par. 2. centur. 2. re-  
nun. 153. Mantius de nullit. processus ex defectu circatio. num. 27. Fontanella tom. 2. decis. 353. num. 18. et 383. nu. 9. Oliba in usuar-  
alium namque, cap. 3. num. 25. adeo, quod si omittatur, totus pro-  
cessus corruit, & evanescit. Barbos. in cap. inter quatuor de majorit.  
& obedientia, num. 2. Gonzalez ad regulam 8. cancella. glos. 9. §. 1.  
in annota. num. 117. redditque sententiam nullam, Grivel. decis.  
35. num. 4. et 16. Ludovisius. decis. 556. num. 6. Xammart de Cini.  
Barcinon. §. 23. num. 19. & ita est illius defectus insanabilis, quam-  
vis in actis alias constaret plenè de jure actoris, Rota apud Far-  
rinac decis. 179. par. 1. et 365. num. 1. et 3. etiam si lis cum eodē  
Principe ventiletur, Covarrub. pract. qq. cap. 23. num. 6. vers. 3.  
Ripoll var. resol. cap. 3. num. 10. & in additio. ad Peguer. rub. 6.  
et num. 11. cum sequentibus.

68 Hinc ergo est procedimenta omnia facta tunc tem-  
poris, Fisco non citato, nec cum illius interventu, & yoto sunt  
ebilis

ut nulla reputanda; neque ei aliquod parare valent præjudicium,  
ut notant Mieres in Constit. Regis Martini in Curia Barcinone , cap.  
8. ne Fisco licet. appella. ex num. 36. colla. 8. in 2. par. fol. 70. colum.  
4. ibi: Constitutionem intelligendam tam de una, quam de alia, quia  
prohibicio fundatur in assistentia, et) voto, quam, et) quod Aduoca-  
tus Fiscalis habet in Senatu respectu causarum Fiscalium, quam assi-  
stantiam, et) votum habet, tam interlocutoris, quam in diffinitius,  
quia Adocatus Fiscalis debet intervenire, et) esse praesens tam in inter-  
locutoria, quam etiam in toto examine, ut l. ad Fiscum , Cod. ubi  
causa fiscale alias est nullum, quod agitur, ut ibi notant Doctores, et)  
ita non solum in sententia, sed in omni examine causa fiscalis debet esse  
praesens Fisci Aduocatus, ut dicit lex ultima, Cod. de Aduocato Fis-  
cali, ut laudat, et) sequitur Fontanella decis. 558. num. 10.

¶ 69 Egregius Senator Xammari de officio Iudicis par. 1. quest.  
¶ num. 30. ibi: Iure municipali Cathalonie, et) generali consuetudine  
huius Principatus Fisci Aduocatus in omnibus causis fiscalibus, etiam in  
Criminalibus examinandis, et) decidendis debet esse praesens, et) re-  
manet, in consilio, habetque secundum votum post Relatorem cause:  
Et num. 34. explicat effectus suæ praesentiae, ibi: Et operatur Fis-  
ci Aduocati praesentia in consilio, ut si videat commoda fiscalia occul-  
tari, vel latiri, vel justitiam subverti silentio suo non, inuoluerat, sed  
expressè alijs videntibus contradicat, protinus tenetur iuxta dictum  
Innocentij in cap. cum in cunctis de his que sunt à majori parte, cap.  
super verbo objectum sicut se seruasse proficeret, Calicius ubi supra  
num. 5. tempore Ferdinandi, & Alphonsi Regum Aragonum,  
quo Fisci Patronus fuit.

¶ 70 Quod non omissit pariter noster Fontanel decis. 556.  
num. 12. ibi: Nullus enim ignorat Aduocatum Fiscalem habere etiam  
votum in causis fiscalibus, et) habere intercessentiam dum tractantur,  
et) votantur, et) quod si videt non bene pro Fisco causam currere,  
potest illius cursum, et) expeditionem impedire, et) detinere, dum pro-  
curantur media, quæ possunt proficere: Confertque late dixit Don  
Didacus Antonius Fajardo par. 1. alleg. 9. num. 227. et seqq.

¶ 71 Taliter quod deficiente intervenitu dicti Advocati Fis-  
calis, sententia, & cætera inde sequuta sunt ipso iure nulla, & in-  
valida

39

valida, nec senantur procedimenta, quamvis non supplicaverit ab illis, nec alias indiget implorare restitutio*nis* in integrum beneficium, ut probat idem Senator Xammari d. quest. 6. nu. 35. ibi: *Si Fisci Aduocatus non interuenit in examine, vel decisione causae, sententia contra Fiscum lata, nulla, & inutilida est, l. si Fiscus, ff. de jure fisci, l. 3. §. Diuinus Adrianus ff. eodem, l. fin. Cod. de Aduoc. fisci. glos. in l. unic. Cod. de sententijs contra Fiscum latis, lib. 10. Anton. Solà ad statuta Subaudiæ, tit. de sententia, glos. 5. nu. 5 fol. 299. Riccius par. 3. decif. 117. num. 3. & 4. Calicius in Margarita fisci, dub. 3. num. 36. vers. 82. Peregrin. d. tit. 2. num. 2. & 3. Garcia dict. glos. 3. num. 12. & 13. Rebus. in concordat. rubrica de ele&t. deroga. verb. Aduoc. priuileg. 19. Mieres in dict. Constis. per colre, num. 37. collat. 8. Genuensis in prax. Eccles. quest. 181. Ferrer 3. part. obseruat. cap. 24. vers. Insuper ubi subdit sententiam esse ipso iure nullam, & ideo non esse opus appellatio*nem*, vel supplicatione, seu in integrū restitutio*nem**

72

Novissimè Don Didacus Antonius Fajardo par. 1. alleg. 32. num. 18. ibi: Non est cur Fiscus defatigetur in petenda reuisione huius sententiae contra Fiscum, ad fauorem comitalis Fisci Melis, quia agitur de sententia nulla, qua ideo non transire in judicatum, nec est exequibilis, nullitas namque desumitur ex eo quia est lata non presente patrono Fisci, sententia enim lata contra Fiscum non presente patrono fisci est nulla, Larrea alleg. 1. num. 28. Gatorus de priuilegijs fisci, cap. 2. Dansa de pug. Doctorum, tit. de offic. Fiscal. nu. 104. Vnde Fiscus sentit, nullam habendam esse rationem dictæ sententiae, utique non merentis nomen sententia, esseque, & non obstante ad ulteriora procedendum pro auocatione dictæ hereditatis vacantis, &c. idem tenet Fajardus alleg. 49. à num. 28. Don Ioannes Baptista Larrea alleg. 117. num. 27. & 28. Don Ioannes de Solorzano de jure Indiarum, tom. 2. lib. 4. cap. 6. num. 13. & 14.

73

Nobilis Regens Don Laurentius Matheu & Sanz de Regimi. Regni Valenciac, cap. 12. §. 1. n. 20. ibi: Sed nota quod si in littera tractatur de respectante ad Fiscum Aduocati Fiscalis in Criminalibus, vel patrimonialis in Ciuilibus necessaria est interuentio sub nullitatis decreto, per textum in l. 3. §. Diuinus, ff. de jure fisci, l. si Fiscus 7. ff. eodem, l. de unoquoq; quest. 47. §. 1. ff. de rejudicata, l. fin. Cod. de Aduo-

Aduocato Fisc. vbi etiam de interventu in examine idest relatione, l. rationalis 41. Cod. Theodo. de appellat. for. 45. de Cur. & Ba-jul. Belluga in speculo Principum, rub. 1. nu. 5. pluribus Alfaro de officio Fiscali, glos. 9. num. 27. glos. 16. privileg. 65. num. 2 10. glos. 18. num. 15. & glos. 34. §. 8. num. 2 29. Ripoll ad Peguera in praxi, ru-brica 27. nu. 119. cum seqq. Solorza. de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 6. ex num. 13. dominus Leo decis. 187. num. 6. Larrea alleg. Fiscal. 1. num. 2 8. & Paulus Xammar de officio Iudicis, & Aduocati, par. 2. quest. 6. ex num. 30. vbi de subscriptione ipsius sententiae, & de circu-tatione Procuratoris fiscalis plura cumulat ad rem.

74 Qua de causa, ex integro tunc causa cognosci, discutit, & terminari debet, ut punctum docet dictus Fajardo cū multis par. 1. alleg. 32. num. 27. ibi: Etiam quod causa ex integro cognosci debet, ex rectu in l. 3. §. Divus 9. l. si Fiscus 7 ff. de jure fisci, Mastril tom. 3. decis. 213. & seqq. num. 21. Alfarus de offic. fisci, glos. 16. nu-2 10. & glos. 18 num. 15. Don Franciscus Amaya l. unicus. Cod. de sententijs aduersus Fiscum latis retract. lib. 10. num. 5. & alijs, Maxi-milianus Faustus in consilio pro arario. clas. 9. consil. 46. ord. 764. vers. Prima conclus. Sed nulla etiam, & iniqua est, quia non bene defensum Regium Patrimonium, nec debita instance facta, & omissa, & non proposita necessaria, & sufficientia ad victoriam, & ex serie acti-vatorum probatio adest, quæ ex rebus ipsis multoies desumitur, l. fin. ff. ad municipa. quod sufficeret, ut prajudicialis non sit, nec conquam posset esse dicta sententia, nec Fisco obstat.

75 Et ita vidimus practicatum in celebri causa jurisdictio-nis nunc vertenti ad relationem Nobilis Christophori de Po-tau, inter Villam Sancti Felicis Guixolen. ex una, & illius Ab-batem ex altera, Not. Iosephus Forès, vbi ratione interesse Fisci ex integro causa discutitur, tractatur, & disputatur, cum nova processus denuntiatione, & assignatione ad sententiam, quamvis lata jam fuisset Regia sententia, & decretum execu-tionis provisum, quia in illis non intervenit Fisci Advocatus, reponendo negotium ad primum statum, dictæ sententiae, & executionis decreto non obstante, teste ipso processu, in vim Regie sententiae late 2. Iulij 1631. tenoris sequentis. Accento ex-meri-

meritis processus constat post sententiam Magnifici Josephi Ferrer R.C.  
latam. Die 30. Aprilis anni 1607. fuisse instante Syndico Vniuersitatis Villa Sancti Felicis Guixolen. Diæces. Gerunden supplicatum, quod  
Fiscus Regij Patrimonij citaretur, attento agebatu de Regis jurisdi-  
ctione, & interesse, & attento eodem die fuisse prouisum, quod inti-  
maretur Fisco, cōtentia in dicta supplicatione dicta die oblata, cum qua  
illius petebatur citatio, & dictam prouisionem fuisse intimatam, &  
propterea absque Fisci interuentu ab ea die procedi non potuisse, prout  
fuit processum, & factum decretum executionis dictæ sententiae die 29.  
Martij anni 1608. His igitur, & alijs meritis processus attētis, & alias  
sua Excellentia insequendo conclusionem in dicta R. A. factam, sen-  
tentiat, prouintiat, & declarat bene fuisse à prouisione dicto die 29.  
Martij anni 1608. facta supplicatum, & quod partes reponantur in  
statu in quo erant die 30. Aprilis 1607. in quo Fisci Procuratoris  
fuit petita citatio, & quod procedatur in dicta causa cum interuentu  
Fisci Procuratoris, &c.

Vt. Pexo pro Fisci Aduocato.

Vt. Roca.

eb 76 Neque ad impariendum Fisco, simile Privilegium,  
requirunt DD. quod interesse dicti Fisci sit certum, clarum, &  
formatum, contentantur enim ex solo possibili interesse, & ex  
eo, quod dubitetur ex litte inter partes, an aliquod interesse pos-  
sit oriri Fisco. Vincentius de Franchis decis. 117. num. 2. Cæval.  
resol. crim. casus 168. ex num. 6. centu. 1. Regens Latro decis. 186.  
num. 25. Marinis lib. 1. resol. 146. num. 4. Ioannes Baptista de Luca  
in addition. ad decis. Franchis obseru. 117. & 132. Fontanella  
decis. 557. num. 6. taliter, quod eius oppositio, & attractio causæ  
admittitur, quamvis agatur de spe sola fideicommissi, & possi-  
bilitate succedendi in illius bonis, vt. egregie obseruat Fonta-  
nella decis. 557. num. 20. ibi: Maluit ergo Senatus transire per incon-  
uenientia, si qua erant in damnum alterius partis ex adjunctione no-  
ui competitoris, & mutatione naturæ causa, quæ non poterant negari;  
quam relinquere Fiscum sine defensione pro eo, quod in futurum pos-  
set succedere concedendo ei, quod alijs fideicommissarijs non denega-  
tur

tur, eo maxime, quia Fiscus non poterat se exuere suis prærogatiis, ne pro suo interesse interveniret suus Aduocatus Fiscalis in causa, nec erat in sua manu id euitare, & ideo non debebat inde damnum sentire, & in summa præponderare in presenti visum Senatui fuit, interesse Fisci in oppositione pro defensione sui juris, qualecumque esset, & circa eam damno, & seu præjudicio, quod inde pari posset succedere ex illa interventione, & fuit consideratum sic, & etiam pro Fisco declarasse Senatum Neapolit., cujus quanta sit auctoritas nullus ignorat in illa decis. 117. Vincentius de Franchis, &c. quem laudat, & sequitur Ioannes Baptista de Luca in additionibus ad decis. Franchis d. decis. 117.

77 Et secundum hanc opinionem declaravit Senatus § Aprilis 1636, referente Egregio Senatore Gabrielle Berart, confirmata per Magnificum Senatorem Carreras 12. Maij 1637. in causa Nobilis Guiomare de Cruillas, & Santa Pau viduæ Nobilis Bernardi Aymerich, contra Egregium Comitem de Montagut, eo adjecto motivo, ibi: Constat competere jus, & interesse saltem in spe probabili succedendi in dictis Baronij in causa purissimæ conditionis dictæ vocationis.

78 Latissimè presequitur doctissimus Nobilis Regens de Cortiada in allegatione pro Fisci Procurator Bajuliæ Generalis Cathaloniæ, contra Curiam Ecclesiasticam Vrgellen. nu. 195. ibi: Fiscus habens in aliqua causa interesse, seu comparens in causa pro suo interesse attrahit eam ad suum forum, ubi tractantur cause Patri moniales, & Fiscales, l. si minori, vbi Ioannes de Platea Cod. de iure Fisci, lib. 10. Pereg. de jure Fisci, lib. 7. tit. 1. n. 9. Mastril. de Magistris, lib. 3. cap. 4. num. 12. Marta de jurisdictione. par. 4. centur. 1. num. 12. Farinac. frag. crim. par. 1. lit. F. num. 183. Alfarus de officio Fiscalis, glos. 16. num. 23. & 26. Quesada & Pilo differ. 17. 18. & 19. Guzman. de euictionibus, quast. 8. à num. 1. Amaya in l. si minori, num. 30. Cod. de iure Fisci, lib. 10. Fermosinus alleg. Fiscal. 3. num. 4. c. 10. & 15. par. 1. & alleg. 4. nu. 13. par. 2. Marinis resol. quotidiana rum, cap. 146. pluribus alijs ibi laudatis.

79 Non solum hæc procedunt litte non incæpta, sed etiâ quando Fiscus succedit post cæptam instantiam, ex titulo particu-

ticulari, non solum in possessorio, sed etiam in petitorio, Alfarus de officio Fiscali, glos. 16. nu. 21. & 23. Cævallos in commu. contra commu. quæst. 37. Peregrin. de iure Fisci, lib. 7. tit. 1. num. 11. Fermosinus alleg. Fiscali 3. num. 5. par. 1. Carleval. de iudicijs, lib. 1. disp. 2. num. 712. Tonduto de præuent. Iudici. par. 1. cap. 30. à num. 56. & à num. 68. Scialoya de foro competenti, cap. 24. num. 8. & cap. 28. nu. 24. Nob. Regens de Cortiada dicta allegat. n. 167. & 187. & seqq.

Hocque extendunt; licet Fiscus se opponat pro suo acquisito interesse post rem judicatam, Toro in compend. decis. par. 3. verbo Fiscus pro suo interesse, ea de ratione, quia Fiscus suos speciales habet Iudices, coram quibus agendo, vel defendendo privativè agere, & conveniri debet, quin possit aliud consentire, ut bene observavit dictus Nobilis Regens de Cortiada in dict. alleg. nu. 162. ibi: Etiam si Fiscus succedat post latam sententiam, non debet prosequi instantiam appellationis, coram eodem Iudice, sed potest ad suum Tribunal causam attrahere, ut contra Salicet. in l. 1. num. 2. Cod. si pendente appellatio. mors interuen. Pereg. de iure Fisci, lib. 7. tit. 1. num. 12. Lucan. de Fisco, par. 1. num. 70. Marciano conf. 5. num. 17. Novarius in prax. par. 2. quæst. 15. num. 7. Carleval. de iudicijs, lib. 1. disp. 2. num. 714. Scialoya de foro competenti cap. 28. num. 24. in fin. Nostram sententiam sequens fuit collaterale Consil. Neapolitan. ut testatur Toro in compendia decis. par. 3. sectio. 1. verbo Fiscus pro suo interesse, fol. 467. sequitur Quesada à Pilo dissere. 18. n. 20. in fin. & re maturius perpensa, hanc sequitur Carleval de iudicijs, lib. 1. disp. 2. num. 714. §. 3. cum seqq. alias decis. collateralis Consilij Neapolitan. tradit idem Toro in supplemento decis. verbo remissio causa, fol. 530. & infra idem de Cortiada in dicta Allegatione num. 168. ibi: Adeo ut Fiscus non possit porrogare jurisdictionem Iudicum extraneorum, neque consentire causas cum tangentes ex eadem ratione, quia habet Iudices speciales cum jurisdictione abdicativa, sine priuativa, Baldus in l. cum eorum. 5. num. 7. Cod. de senten. & interlocut. omnium Iudicum, Pereg in. de jure Fisci, lib. 7. tit. 1. num. 6. Farinas, fragmen. Crim. par. 1. litera F. num. 181. in fin. Novarius in prax. alect. for. sect. 1. quæst. 15. num. 3. Rovit in

Prag-

*Pragmat. 63. num. 4. de officio Procuratoris Casar. Carleval. de iudie.*  
*lib. 1. disput. 2. num. 702. Scialoya de foro competen. cap. 24. num. 5.*  
*Fermosino allegat. Fiscal. 4. part. 1. Mastrol. de Magistrat. lib. 3. cap.*  
*4. num. 14. Berart in speculo visitat. cap. 15. num. 7. & 8. Xammari*  
*de officio Iudicis, par. 2. quast. 6. sub nu. 71. Excellentissimus domi-*  
*nus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi de Valldau-*  
*ra obseruat. 62. num. 5. tom. 2.*

81 Nec est necesse, quod constet plenè, nec semiplenè  
 de Regij Fisci interesse, sed sufficit quodlibet, sive considerabi-  
 le, sive leve, & solus fumus causæ Fiscalis, ut de eo cognosci de-  
 beant Iudices fiscales, vt firmavit dictus Regens de Cortiada  
*dicta allegat. num. 196. ibi: Et sufficit quolibet Fisci interesse, &c*  
*Fiscus attrahat ad suum forum. Fermosinus allegat. Fiscali 4. nu. 15.*  
*part. 2. sive considerabile, sive leve sit, quia, ut dictum est, ma-*  
*gis, & minus non variant Privilegium, Fermosinus Allegat. Fis-*  
*cal. 3. à num. 18. par. 1. sentit de iure Martianus cons. 5. sub nu. 12.*  
*non solum ob interesse præteritum, vel præsens, sed etiam ob*  
*interesse futurum, ex Carleval. de iudic. lib. 1. disput. 2. num. 704.*  
*Et rursus infra in dicta allegat. num. 203. ibi: Ex teneo, quod non*  
*sit necessarium constare plenè, nec semiplenè de interesse Regij Fisci im-*  
*causis Civilibus, ut trahere posset etiam Ecclesiasticos ad suum forum,*  
*sed sufficiet, quod agatur de eius interesse, & possit fieri præiudicium*  
*Fisco, & sic ladi possit Regium Patrimonium ex sequentibus.*

82 Primo, quia non solum si causa Fisci est, vel dependet  
 à Fiscali, est Iudex Procurator Fisci, sed etiam si dubitetur esse  
 interesse Fisci id sufficit, ut Fiscalis adsit, & causa deferatur ad Iu-  
 dices Fiscales, ut expressè docet Alfarus de offic. Fiscali, glos. 16.  
*sub nu. 24. colum. 3. post princip. & citat Caval. resol Crim. casu 168.*  
*videndum num. 9. & 10. alios addidit num. 198. & 199. & fuit*  
*decisum per Cancellarium Puig Mari 1. Februarij 1631. in ca-*  
*su supra relato num. 200. ergo non requiritur, quod de interesse*  
*Fisci constet plenè, nec semiplenè: Secundum, quia sufficit fumus*  
*causa Fiscalis, ut Iudices Fisci habeant, de ea cognoscere, ut sentit*  
*Fermosin. allegat. Fiscali 3. par. 1. &c. Tertio, quia concors est*  
*Doctorum sententia, quod Fiscus omnes, & quascunq; causas*  
*attra-*

attrahit ad suum Tribunal quomodolibet, vel quoquomodo  
causæ ius Fiscale attingant, ut cum innumeris docet Salgado *in  
labyrinth.credit.par. I. cap. 7. num. 15.* *¶* 16. alios plures addidi in  
1. 2. 3. & hac 4. illation. igitur non est necessè, quod de iure  
Fiscalis constet plenè, nec semiplenè, ex latè traditis de dictionibus  
quomodolibet, & quoquomodo, Barbosa *dictio. 330.* *¶* *dictio.  
334.*

83 Si ergo docent DD. supra laudati ex solo interesse nō  
dum adhuc formato, sed possibili, probabili, vel quod de eo du-  
bitetur, vel quod sumus adsit causæ Fiscalis, causam fieri Fis-  
calē, cognoscendamque esse per Iudices patrimoniales dicti Fis-  
ci, ac sententias, & procedimenta eo nō citato, & intervenien-  
te nihil ei obesse, imò nullitatis vitio laborare, quid igitur asse-  
verassent nostro in casu, vbi interesse domini nostri Regis tem-  
pore procedimentorum, & litterarum executioni mandatarum  
per Algutzirium de Pontons, non erat possibile, neque futurū  
præiudicium dicto Fisco, sed jus jam formatū, & interesse cer-  
tum, ac radicatum, ejusque Regio Patrimonio adquisita juris-  
dictio dictæ Villæ Granatellæ, & Locorum Populæ, & Boheræ  
per emptionem jam perfectam, factam per dictam Vniversita-  
tem de pecunijs suis, cum subsequuta pretij solutione, existente  
tunc temporis domino nostro Rege, & eius Fisco in possessio-  
ne dictæ jurisdictionis præstitis jam juramentis fidelitatis,  
exercendoque tunc per suos Regios Officiales præmoratam  
jurisdictionem, ut instrumenta superius expensa manifestissi-  
mè prædicta probant, & fatentur dictæ litteræ dicti Pontons,  
quatenus *de facto disposuit Officiales ab exercitio dictæ jurisdictionis*  
*tunc existentes*, eos sic indebet revocando, cōpellendoque vas-  
sallos ad novam sacramenti, & homagij præstationem; dixi-  
sent sane dicti Interpretes uno ore, hæc omnia, nulla, injusta, &  
invalida fuisse, & esse, & quod ad auferendum dominium, &  
possessionem dictæ jurisdictionis à dicto domino Rege, & eius  
Fisco esse omnino necessariam citationem, votum, & interven-  
tum Magnifici Advocati Fiscalis, coramq; suo Iudice tractan-  
dam, cognoscendam, ac sententiandam fore, & esse dictam præ-

M tensio-

tensionem, cum tunc qualitas causæ mutata fuerit, maximè at-  
tentio nostro Municipali jure Cathaloniæ, quo cavitur judican-  
dum esse per directum, causa cognita, citata, & audita parte (ad-  
huc privata) jurisq; ordine semper servato, ut tenent nostri, su-  
per Vsat. *Alium namque de jure Fisci, Oliba cap. 3. de jure Fisci, à  
num. 25. Cancer variar. 3. cap. 3. num. 44.* Ramon conf. 37. nu. 233.  
*Berart in speculo visitæ. cap. 9. num. 22. & cap. 12. num. 41.* Fonta-  
nella de pactis, tom. 1. claus. 4. glos. 19. par. 1. nu. 72. & claus. 7. glos. 3.  
par. 10. num. 37. & decis. 221. num. 18. & decis. 286. num. 9. Nobilis  
Regens de Cortiada tom. 1. decis. 38. num. 42. 43. & 44. cum  
multis.

84 Quibus ita stabilitis facile patet aditus ad dignoscen-  
dum optimū jus, quod sovet Fisci Procurator præsenti in cau-  
sa, instando, provt instat, omnia procedimenta facta his omis-  
sis nulla, & invalida declarari, & in consequentiam necessariam  
reintegrandum esse in possessione dictæ jurisdictionis, in qua  
erat dominus noster Rex, die commissi spolij, iahærendo Res-  
cripto domini Regis ita jubenti, *de voto Supremi Consilij, ve*  
*ex sequentibus plenissimè demonstrabitur.*

85 Primo omittendum nō est speciale Fisci Privilegium,  
scilicet, quod Fiscus sine possessione non litigat; vt est com-  
munis Doctorum sententia, & probant Peregrin. *de jure Fisci,*  
*lib. 7. tit. 3. num. 10.* Giurba conf. 67. num. 15. & 19. Malin. *de con-*  
*fiscat. bonorum. q. 39. num. 135.* Mellio obser. 26. num. 3. Larrea alle-  
gat. 13. num. 36. & allegat. 5. num. 15. Carena resol. 113. num. 15.  
Rodoërius in Marin. *ad cap. 72.* & de facto possessio ocupata cō-  
tra Principem, de facto pariter interrumpi potest, Alfarus de of-  
ficio Fisci, *glos. 16. nu. 133.* Gratian. *discept foren. cap. 431. nu. 14.*  
Covarrub. *practicar. cap. 17. num. 6.* Regens Matheu *de regimin.*  
*Regni Valen. cap. 6. §. 1. à num. 36.* Cancer var. 3. *cap. 14. nu. 42. &*  
*& 43.* ibi. Peregrin. *de fideicommis. artic. 52. num. 4. in fine, & de*  
*jure Fisci, tit. 8. de prescriptio. nu. 24.* vbi dicit, dum probatio pen-  
det super prescriptione Fiscum, & Principem, qui fundatam in-  
tentionem habent, posse vti jure suo, nec summariam ex adver-  
so probationem possessionis interim lite pendente possessorē  
juvare,

47

juvare, subdens ad hoc esse casum in cap. Cum personæ, de privileg. in 6. hoc idem sentit, & antea Paulus de Castro in l. si solemnibus, num. 4. Cod. de fide instrumentorum, & ante omnes Innocentius in cap. solet, de sententia excommunicationis, & in cap. dilecto, eodem titulo; vbi dicit, quod si Rex inveniat aliquem possidere, aliquam jurisdictionem, potest de facto eum repellere, & non dicitur ille spoliari, nisi doceat titulum, seu præscriptionem legiuimam.

86 Præsupponendum etiam duximus (quia influit ad infra dicenda) jurisdictionem concessam per dominum Regem, præsumi tantum concessam præcario nomine, l. præcario 12. ff. eodem, ibi: *Est enim naturæ & quæcum tamdiu se liberalitate mea osti, quamdiu ego velim.* Basil. Ponci. de Leon de matrim. lib. 5. cap. 12. num. 15. & 22. Ramon conf. 24. num. 58. qui ait, quod Princeps adeò in jurisdictionibus intentionem, & liberam disponendi facultatem fundat, ut quæcunq; concessio circa jurisdictionem semper intelligatur quasi præcario nomine concessa, Sesse decis. 79. à num. 16. cum seqq. & præcipue num. 19. Escobar de Pontific. & Reg. jurisdiction. in stud. general. cap. 21. §. 12. num. 27 1. & 27 2. Cassianat. conf. 43. num. 42. 64. & 74. cum seq. Castillo de tertij, cap. 18. à num. 155. Bovadilla in politic. lib. 2. cap. 18. num. 214. & cap. 17. num. 196. & cap. 16. num. 87. Excellentissim. Vicecancel. Crespi obser. 97. num. 3. latè Marius Cutellus in Codi. leg. Sicularu, cap. 4. à num. 49. Salgado de supplicat. ad Sanctiss. part. 2. cap. 33. num. 30. & 33.

87 Omnia namq; necessaria circa spoliam hic non deficeret; clare patet, quia quamvis verum sit illud non verificari, nec intentari posse, nisi probatis duobus extremis, scilicet possessio ex parte agentis, & dejectio, sive spoliatio ex parte ipsius rei, glos. in l. 1. §. interdictum, ff. de vi, & vi armata, cap. consultationibus, vbi Decius in 2. notab. de offic. delegati, Aymon Craveta conf. 140. num. 1. Rota Romana in recentior. recollect. per Farinac. decis. 208. num. 1. tom. 2. Gabriel commun. conclus. tit. de restit. spoliat. conclus. 5. num. 126. Menoch. de recuper. remed. 5. nn. 408. & sequent. Afflictis decis. 364. num. 5. Thomat. decis. 60. num. 19. tom. 1. & decis. 123. num. 30. 39. & 47. tom. 2. Gratian. decis. 192. num.

num. 7. & disceptat. 700 num. 63. & 64. tom. 4. & cap. 948. nu. 45.  
 Rota apud Burat. decis. 453. num. 1. & apud Rubeum decis. 495.  
 num. 43. par. 4. tom. 2. Postius resol. 35. num. 1. & resolut. 40. num. 1.  
 Ioannes Baptista Ciarlin. controuer. foren. cap. 141. Cyriacus con-  
 trou foren. cap. 243. num. 6. Giovagnon. conf. 5. à num. 6. Bonden.  
 collect. legal. 23. à num. 1. Fontanel. decis. 136. num. 3.

88 De possessione, ejectione, seu spoliatione ex parte Rei,  
 non est dubitandum, teste ipso processu; quod dominus, vero  
 noster Rex fuerit tempore spolij commissi in possessione dictæ  
 jurisdictionis, liquet plenissimè ex geminatis instrumentis su-  
 pra latè ponderatis, ex quibus appetet, juramēta fidelitatis fuisse  
 facta per vassallos domino nost. o Regi, nec non creatus Bajulus  
 Ioannes Pinyol, per dictum dominum nostrum Regem, quæ  
 omnia, possessionem, & dominium habuisse tunc temporis ju-  
 risdictionis Villæ Granatellæ, & Locorum Populæ, & Boheræ  
 dictum dominum Regem manifestè probant, Socinus conf. 187  
 colum. 2. l. b. 2. Natta conf. 636 num. 65. & 67. Peregrin. conf. 114.  
 num. 2. in fin. lib. 3. Menochi. conf. 147. num. 16. Vincent. de Anna  
 alleg. 52. num. 63. Beroy. conf. 170. nu. 4. vol. 3. Cassanat. conf. 43.  
 num. 65. Ramon. conf. 18. num. 24. & conf. 26. num. 6. & conf. 24.  
 nu. 113. ibi: Sed dubium non est, dictam Cuiutatem acquisuisse di-  
 Etiam jurisdictionem in proprietate, & dominio, cum ipsa sit, quæ de-  
 putat, & elegit Officiales, & alijs omnibus locis sue jurisdictionis, ex  
 quo jurisdictionis dominium penes eam esse debere, affirmanit Cancer  
 variar. 3. cap. 3. num. 410. Auendano de exequendis, par. 1. cap. 9 nu.  
 21. & innumerous recenset Cassanat. quos, & ipse sequitur dicto conf.  
 43. num. 66. quinimò quando jurisdictione per contractum transfertur,  
 vel pretium interuenit (quæ omnia hic pariter verificata fuere, ut in-  
 strumenta, & geminata Regis Rescripta ante dicta plenissimè firmant)  
 censemur in titulum, & proprietatem concessa, ut per Sesse dicta decis.  
 72. num. 44. & num. 50.

89 Rursus pro prædictorum probatione habet hæc pars  
 innumeratas, enunciativas, quæ cum sint geminatae, & antiquis-  
 simæ absque dubio plenam probationem faciunt, Cutellus de-  
 cis. 1. num. 150. Genua de verbis enunciat. à nu. 56. Vela dñser. 46.

49

num. 18. tom. 2. Scobar de purit. & nobilit. proban. part. 1. quæst. 15.  
 §. 3. à num. 30. multis citatis Pareja de instrum. editione, tom. 2. tit.  
 7. resol. 9. num. 61.

90 Versariq; nos in antiquis innegabile est, cum verba  
 enunciativa in instrumentis in processu exhibitis sint annorum  
 1424. & sequentibus, & sic plusquam ducentum annis elapsis,  
 & instrumenta apud veram, & communem opinionem anti-  
 qua dicuntur; quando centum annos excedunt. Rota Romana  
 apud Verallum decis. 28. num. 4. par. 1. Polidorius Ripa obseru. 69.  
 Vincentius de Franchis decis. 357. num. 5. Xammar definit. 31. num.  
 17. Menoch. de arbitrar. casu 3. Mascard. de probatio. conclus. 103.  
 Pareja de instrumen. editio. tom. 2. resol. 9. num. 68.

91 Ulterius habemus pariter, pro justificatione extremi  
 principalis dicti spolij commissi, geminatas assertiones domini  
 nostri Regis emissas suis in Rescriptis, vbi dispositivè loquen-  
 do affirmat se *acquisuisse dominium dictæ jurisdictionis ex eculo ha-  
 bito emptionis dictæ jurisdictionis factæ in sui favorem per dictam Uni-  
 versitatem, & pro pactis postea factis, sequuta emptione recipisse 800.  
 florennos auri Aragonum, mandando Officialibus suis acciperent jura-  
 mentum fidelitatis à dictis jam suis vassallis nominando Ioannem Pi-  
 nyol in Bajulum: ut omnia ex meritis processus liquent; ideoq;  
 tam geminatae assertiones plenissimè probant dictum primum  
 spolij extremum, ex traditis per Salgado de Regia protect. part. 2.  
 cap. 1. num. 27. Fermosin. in rubrica de rescript. quæst. 1. num. 20. &  
 in cap. cum à vobis 23. quæst. 2. de testib. Solorzan. de iure Indian.  
 tom. 2. lib. 3. cap. 2. à num. 4. & in polit. lib. 4. cap. 2. vers. La qual, fol.  
 503. Capycio Latro consul. 47. à num. 66. Quesada à Pilo contro-  
 uer foren. cap. 17. num. 39. vers. Nec adest: Aded ut non admittat-  
 tur probatio in contrarium. Nobilis Regens à Cortiada cum  
 alijs multis, tom. 1. decis. 3. num. 39. 40. & 41. Quesada à Pilo di-  
 cito loco, num. 40. Fermosin. in rubric. de rescriptis, quæst. 1. num. 21.  
 Barbosa de iure Ecclesiast. uniuers. lib. 1. cap. 2. nu. 198. quæ exten-  
 dunt præcitat, & laudati Doctores, quamvis agatur de ipsius  
 Principis causa propria, vel tractetur de ejus commodo, aut in-  
 teresse, ut latè probat Pareja de instrum. editio, tom. 2. tit. 7. resol. 9. à*

50

num. 36. (¶) 60. alias, enim contrarium intelligere, esset Principi-  
pem de mendatio arguere, quod nefas est, Mastril. de Magistra.  
lib. 3. cap. 4. num. 54. Larrea allegat. Fiscal. 60. num. 1. Castillo contra.  
iur. lib. 3. cap. 8. sub num. 18. Fachineus controvener. lib. 8. cap. 63. in fin.  
Ramon conf. 37. num. 123. Suelves conf. 50. n. 32. lib. 2. (¶) conf. 40.  
num. 27. lib. 3. Salgado de supplic. ad Sanctiss. par. 1. cap. 8. num. 58.

92 Quia quando verba enunciativa, & narrativa Principis  
sunt necessaria, & conserunt ad id, de quo agitur, & super quo  
enunciatur, tunc tanquam prolata, & emissa principaliter, &  
propter se, (ut fuit in nostro casu) indubitanter probant, & dis-  
ponunt Mascardus de probario. conclus. 1282. à num. 93. Afflictis  
decis. 83. Valenzuela conf. 109. num. 13. Mastril. de Magistra. lib. 4.  
cap. 13. à num. 99. ad 117. Bellon. conf. 58. num. 14. Regens à Cor-  
tiada decis. 3. num. 44. 55. (¶) 57. Sesse decis. 113. à num. 17. (¶) à  
num. 166.

93 Prælibata omnia innegabilia sunt, quando non versa-  
mur in factis recentibus, sed in antiquis, quia tunc etiam, quod  
agatur de præjudicio tertij, assertioni Principis standū est (ma-  
xime si fuerit geminata, ut hic) Castillo de tertij's, cap. 6. num. 12.  
(¶) 13. Menoch. lib. 2. præsumpe. 10. num. 64. Trentacinquius va-  
riar. resol. lib. 1. de verbis signif. resol. 2. num. 8. Salgado de Reg. pro-  
tect. par. 3. cap. 10. num. 167. Genua de verbis enunciati. lib. 2. quest.  
14. num. 20. (¶) 21. Ramon conf. 137. sub num. 113. Fontanella de  
pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 10. par. 2. num. 23. Larrea allegat. Fis-  
cal. 60. num. 8. Pareja de instrumentor. edition. tom. 2. tit. 7. resol. 9.  
num. 35.

94 Nostro enim in casu, dominus Rex; nō solum rescrip-  
sit, & iussit prædicta ex instantia dictæ Universitatis Villæ Gra-  
natellæ, & Locorum Populæ, & Boheræ, sed etiam ex relatio-  
ne, & facti informatione habita à Fisco dicti domini nostri Re-  
gis personæ fidedignæ, ut diximus, & ponderavimus supra nu-  
meris 47. 49. 52. 53. 54. & 56. & est certū attestationē Regij Fis-  
ci omni in materia maximi esse momenti. Sesse decis. 113. sub n.  
25. lib. 2. Suelves conf. 50. n. 32. vers. Stringitur, lib. 2. Regens Cor-  
tiada decis. 3. n. 56. par. 1. & alias motū suis dñum nostrū Regē,  
præce-

præcedente digesta deliberatione eius Supremi Consilij, quo  
casu, ut diximus num. 56. prædicta Theorica indubitanè  
procedit: nec est credendum, tantos viros affirmasse tunc domi-  
no nostro Regi, ut spoliatum restituendum esse eius Fiscum,  
& Patrimonium in exercitium dictæ jurisdictionis, si ipse titu-  
lis prædictis eam non acquisivisset, ac in possessione illius fuis-  
set.

95 Probatur etiam dicta spoliatio, ut affirmant Doctores,  
ex sola sustentatione litis, & illius contestatione super spolio,  
motæ contra ipsum reum conventum, quamvis alias alia non  
probetur. Æmillius Veral. decis. 372. par. 2. Cæsar de Grassis decis.  
42. num. 2. Hercules ad Marescot. lib. 1. variar. cap. 59. num. 28.  
¶ 29. Fontanella com. 1. decis. 70. num. 80. bene idem Fon-  
tanella com. 1. de partis nupcia. clau. 4. glos. 18. part. 4. num. 10. ibi:  
Spoliatio autem hujusmodi probata censetur ex sola litiis contestatione  
facta per spoliantem quando per spoliatum ei petitio fieret. Socin. junior  
cons. 18. col. 3. lib. 2. atque ita decis. in Rot. Rom. de anno. 1552. ce-  
statur Æmil. Veral. decis. 372. part. 2. quæ quidem ego cum decisione  
valde consolatus sum quendam Aduocatum hujus Ciuitatis, qui cum  
spoliij causam instituisse pro quibusdam pensionibus censualis cuiusdam  
de cursis, ¶ solvi cessatis gravi afflictione angebatur timens subcum-  
bere ex eo, quod licet primum extremum, scilicet possessionem probasset,  
in secundo tamen, scilicet spoliatione probanda, defecerat dixi non du-  
bitandum de victoria, ex quo per litiis contestationem per suum ad-  
versarium factam satis dicebatur probata spoliatio. Videndus Cancer  
var. resol. par. 2. cap. 7. de restit. spoliator. num. 79. Postius obseru. 40.  
num. 3. Duran. decis. 89. num. 2. Rota post Mangil. de subhastat. de-  
cis. 7. num. 6.

96 Ultimo non omittimus, quod pars alia produxit no-  
vissimè litteras dicti Algutzirij Pontons, ex quarū lectura ma-  
nifestè deproponitur depositos fuisse Officiales illam exercentes, com-  
pellendo vassallos alio asserto domino nova sacramenta, & ho-  
magia præstare, cum omnium titulorum subtractione, quocir-  
ca negare nequit Adversans prædictam spoliationem, ipsamq;  
jam probari, ex instrumentis per eandem partem productis, ut  
in

in finibili eleganter observavit Ramon cons. 24. num. 34. qui pulchre materiam nostri instituti illustrat, ibi: *Ex quibus epistolis oriatur duplex confessio altera expressa domini Regis, quae plenè probat, ut per Socin. in cons. 86. lib. 1. num. 1. cum dixit verba prolatæ ab eo, qui potest disponere plenè probare, et cum ad dominum Regem pertineat diffinire controversiam super jurisdictione eius assertioni credendum est,* ita respondit Calcanus in cons. 90. num. 7. et 16. ex Alberic. in l. ex quacumque num. 7. ff. si quis in jus vocat. quos sequuntur est Hieronym. de Moni. in tracta de finibus. cap. 38. in fin. Altera est confessio tacita partis Aduersæ. quo resultat ex productione dictarum epistolarum, qui enim producit scripturam censetur fateri omnia contenta in ipsa esse vera, cap. cum olim de censibus, l. publi. §. fin. ff. depositi, Rolan. cons. 2. num. 116. volum. 1. Mascard. conclus. 368. Alba in consil. 59. nu. 11. ubi subdit, quod non poterit allegare errorem decis. Pedemonta. 39. num. 23. Riminal. junior cons. 78. num. 43. et cons. 84. num. 1. Beccius cons. 3. num. 38. pulchre Iason. in l. sicui. §. si à filio, num. 7. et fin. ff. de legat. 1. vbi extendit: *ut non solum censeatur fateri, quæ in scriptura principaliter disponuntur, sed etiam, quo ad dicta incidenter, enunciatiæ.* Pacianus plures referens de probatio. lib. 1. cap. 17. num. 24.

97 Quibus ita firmatis, intrat conclusio ab omnibus approbata spoliatum esse in primis, & ante omnia reintegrandū, cap. in litter. cap. conquerebatur de restitu. spoliato. cap. nullus 2. q. 2. l. si quis, et se. Cod. ad l. Julian. de vi pub. Socin. regul. 379. Gabriel commun. conclus. de restitu. spoliat. conclus. 1. Staybanus quæst. unic. de interesse, lib. 2. tit. 14. num. 34. Niger de excep. cap. 8. §. 21. num. 12. Jordanus de Elucubrat. divers. lib. 14. tit. 12. num. 123. tom. 3. Redenbach. cons. 66. num. 10. lib. 1. Valenzuel. Velazq. tom. 1. cons. 44. num. 9. et cons. 95. num. 24. Ioannes Baptista Ciatlinus tom. 2. contr. cap. 127. num. 29. cap. 141. nu. 9. Bonden. colluct. legali 38. nn. 160. Fontanella decis. 82. num. 8. et 295. num. 22. vbi quod spolium, nec in notorijs, in opinione nostri Senatus approbatur, sed prius, & ante omnia reintegranda est pars, taliter quod reus audiens non valeat super petitiorio; antequam spoliatus fuerit omnino primitus, & ante omnia plenariè restitutus, Baldus in cap.

conquerente, n. 1. de restit. spoliat. Cravet. conf. 140. n. 3. Surd. conf. 28.  
n. 31. et cons. 166. n. 5. Puteus decis. 298. lib. 2 Verallo decis. 270.  
n. 5. Farinac. decis. 365. nu. 10. par. 1. et decis. 409. n. 5 par. 1. recent.  
Giavag. conf. 5. n. 6. et 20 lib. 1. Cyriac. contr. 389. n. 12. 13. et 14.

98 Ita exossum est spolium à jure, ut actio dicti spolij admittatur contra tertium, & contra quemlibet alium possessorum adhuc bonæ fidei, Mangil. de subhasta. quæst. 153. num. 16. quæst. 159. num. 3. 4. et 5. Gregorius decis. 542. nu. 3. Postius resol. 139. à nu. 6. ibi: *Et quidem contra quemlibet possessorem quamvis non fuerit spoliator, sed sit possessor bona fidei, et habeat causam ab auctore non vitioso.* Baltraminus ad Gregorium decis. 542. n. 11. cum sit hoc remedium personale in rem scriptum. Mangil. d. quæst. 159. num. 3. et quæst. 164. num. 1. Rota in Perusina spolij domus 8. Maij 1604. coram Peña, & in Ariminum spolij 2. Iunij 1617. coram Merlino.

99 Noster Fontanella tom. 1. decis. 91. nu. 24. vers. Probant, ibi: *Probant tamen quod diximus non cessare actionem spolij, ex eo quod res reperiatur penes tertium quamvis titulo, et bona fidei possidentem, adde praedictis Hærcules, Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 59. num. 11. vbi plures Rotæ decis. quod actio spolij detur adversus titulum possidentem, etiamsi res ad eum sine vitio pervenerit, adde item Antonium Fabrum in suo Cod. lib. 8. tit. 3. unde vi, definit. 26. et 31.*

100 Ea juridica de ratione, quia in materia spolij non attenditur, an quis possideat justè bona fide, aut alio legitimo titulo, sed solum animadvertiscitur, an spoliatus sine justa causa ejetus fuerit à possessione, & ideo nihil mirum, quod contra tertium intentari valeat actio spolij, ut declaravit Regia Audientia, referente eruditissimo Magnifico Iosepho Aleny, nunc Fisci Patrimonij Advocato celeberrimo 8. Octobris 1657. Not. Emanuele Texidor, in favorem Bartholomæi Brau, contra Universitatem, & singulares loci de Boren, ibi: *Constat actionem spolij dari, et concedi aduersus possessorem rei super qua fuit commissum spolium, cum in ipso non inspiciatur, an quis justè possideat, sed solum an alter sine justa causa de possessione ejetus fuerit, prout in casu*

præsentis, iustè, & sine causa dictus Bravus ejetus fuit à possessione  
dictarum petiarum terre.

101. Nec præmissorum vim effugiat Nobilis Adversans, si forte ad illud recurrat, quod dictæ jurisdictionis possessionē habuit, mediantibus quibusdam litteris executioni mandatis, per Algutzirium Pontons, & sic Iudice auctorante, nam facilimo negotio, huic objici fit satis, quia jam supra stabilitivimus nullitatem dictorum procedimentorum ob juris ordinem non servatum, tanquam deficiente citatione Fisci Procuratoris, & Vniversitatis Granatellæ, & Locorum Populæ, & Boheræ, nec non voto, & interventu Magnifici Advocati Fiscalis in re, cuius non possibile, sed formatum erat interesse, ut factus jam dominus, & possessor dictæ jurisdictionis tunc temporis dictus dominus Rex; ideoque non versamur extra metas spoliij, quia reus quoties ejicit partem à possessione, jussu Iudicis, juris ordine non servato, pariter committit spolium, ac si propria auctoritate sequutum fuisset, Menoch. cons. 1073. n. 13. Handed. cons. 20. num. 14. & seqq. lib. 1. Postius obseruat. 12. num. 37. 38. 39. 40. 57. & 159. innumeris Rotæ decisionibus ibi laudatis, Valenzuela Velazq. cons. 44. num. 10. ibi: Nam spoliatus à Iudice non servato juris ordine, perinde est restituendus ante omnia sicut spoliatus à non Iudice, ut ex cap. conquerente de restitu. spoliac. tradit Navarrus cons. 5. num. 8. de appellationibus. Paulus Aemilius decis. 1. 12. num. 1. par. 2.

102 Rota post Postium de manuten. decis. 74. num. 19. ibi: Quod patet in exemplo Baldi in cons. 135. de misso in possessionem à Iudice nulliter procedenti, contra quam possessionem datur actio spoliij. Doctores communiter in l. iustè possidet, ff. de acquirend. possessio. latè Aymon Crauet. cons. 188. num. 8.

103 Eadem Rota post dictum tractatum Postij de manuten. decis. 376. num. 2. ibi: Non obstat, quod quando Index nulliter procedit datur spoliare, cap. ex insinuatione de procurato. Aymon. cons. 140. num. 2. ideoque restituatur spoliatus, Abbas in cap. accedente 2. ut lite non contestata, quod enim adsit nullitas in sententijs, vigore quarum fuit possessione illarum priuatus, patet ex defecto citationis, &c. Pul-

104 Pulchrè Ludovicus Postius resol. 40. à num. 5. argu-  
mento contrario plenè satisfaciens, ibi: Non obstat, quod possessio  
*Marcolini, & uxoris* fuerit auctoritate Iudicis, quæ spolio non subja-  
cet. *I. justè possidet, ff de adquir. possess.* Hostiensis in summa intitul. de  
restitut. spoliator, §. quando facienda, in princip. Abbas in cap. conque-  
rente, num. 12. eodem tit. Marescotus varia. resol. lib. 1. cap. 59. num.  
24. vers. Quinto limitatur. Gregor. decis. 43. num. 1. decis. 105. nu. 4.  
Rota recentiorum, decis. 232. nu. 2. in fin. par. 3: Respondetur enim,  
conclusionem procedere, ubi fuerit ritè, & rectè processum, se-  
cū si injustè, vel nulliter, seu juris ordine non servato, *I. memi-*  
*nerint*, Cod. unde vi, dicto cap. conquerente, ubi DD. de restit. spo-  
liator. Caputaqua. decis. 186. par. 3. Mantica decis. 44. nu. 5. Rota  
post Pacific. de Salvian. decis. 226. in princ. num. 1. decis. 229. nu. 2.  
decis. 246. num. 1. decis. 254. num. 2. &c penes Zacch. ad Galles. de  
oblig. Camerali, decis. 51. num. 1. decis. 72. num. 3. decis. 130. num. 1.  
Gregorius decis. 43. num. 1. decis. 105. num. 4. Rota recentior. decis.  
173. num. 11. decis. 282. nu. 1. par. 3. Cavaler. decis. 337. nu. 1. & 5.  
decis. 539. num. 9. decis. 597. num. 1. Reverendissimus Coccin. de-  
cis. 97. num. 1. Duran. d. decis. 7. num. 17. decis. 37. num. 5. decis. 89.  
num. 3. Rota post Mangil. de subhast. decis. 35. num. 3. (quibus ad-  
dimus Canc. var. 2. cap. 7. num. 11. & 12.) hic verò fuit nulliter  
processum, & spoliatè ad immissionem non citata D. Theodo-  
sia, quæ possidebat. Rota diuers. decis. 105. num. 1. par. 4. Ca-  
valler. decis. 328. num. 1. Rota penes Mangil. decis. 7. sub num. 12.  
& 13. decis. 52. num. 12. & 13.

105 Vincentius Bonden. de jure controvesso, colluctat. legal.  
26. num. 61. ibi: Ac denique dicitur, decretum executionis factum de  
dicto Alueo ad fauorem Communictatis à Magistratu Fluminum, nul-  
lo modo esse attendendum, tum quia injustum, & non ritè, neque rectè  
prolatum, sed indebetè emissum, ideoque spoliatum; multis ibi citatis,  
& num. 62. 63. & 64. ait, quod Index ita procedens non priuat pos-  
sessione, sed actio spolij, siue reintegranda pariter oritur, ita procedente  
Iudice. Gratian. discept. 122. num. 7. & discepta. 739. num. 26. Vrcel.  
in verb. adjudicatio, conclus. 52. num. 88. Andreolus controv. 320.  
num. 27. par. 4. Mangil. de subhasta. quest. 93. num. 7. & quest. 153.  
num.

num. 9. & seqq. Postius eodem tractat. de subhasta. inspect. 58. num. 17. & sequentibus. Rota coram Buraso decis. 363. sub num. 4. & post Merlin. de pignor. decis. 8. num. 2. & post Zacciam de oblig. Cameral. decis. 51. num. 1. & coram Ottobon. decis. 141. num. 28. & apud Rubeum. decis. 411. num. 1. & 17. & seq. par. 5. & decis. 113. num. 9. & 10. par. 7. Recentiorum.

106 Quod extendit idem Bonden. dicta colluct. 28. na. 65: etiam quod decretum esset supremi Magistratus, vel Principis, ex Mangil. de subhasta. quest. 94. num. 6. & quest. 153. num. 22. Postio de subhasta. inspect. 58. num. 42. Marciano cons. 37. sub num. 15. & sub num. 17. lib. 2. Afflictis. decis. 361. & ibi Vasil. idem tenet Valenzuela Velazquez cons. 71. num. 5.

107 Novissime Don Petrus Quesada & Pilo controvener. foren. cap. 22. à num. 12. ibi: Petri querela inherat spolio, sibi ex ordine Proregis facto, cui inferior obtemperavit absque partis praecesse auditacitatione, sicque illum spoliare visus fuit Iudex procedens ex obrupo, juris ordine non seruato, dicitur partem spoliare, &c. Ratio, quia tunc sic procedes æquiparatur privato, ex notatis per DD. in cap. conquerente, de restit. spoliat. Grau. 140. num. 2. Rota apud Puteum. decis. 350. num. 2. Vivianus Chirocus disserta. 78. num. 69: quod spoliari dicitur commissum ab ipsamet parte aduersaria, ad cuius judiciale instantiam fuit cōmissum interponendo Excellentissimo Proregē decretum præcibus illius, quod Iudex enim illum in possessionem mitteret certi prædij in suppliacione designati, cui decreto, nec Petro requisito, nec vocato, & citato, inferiori libenter, seu metu compulsus obtemperavit, hinc nullitas, & injustitia, hinc spolium, quod cū instantे parte fuerit patratum, dicitur ab ipsamet parte confessum, juxta vulgare dicterium, Iudicis nulliter procedentis factum reputatur in jure, ipsiusmet partis, & opus, textus in l. si ob causam. ff. de evictio. exornant Caval. decis. 539. num. 9. Antonius Faber lib. 8. tit. 17. defin. 27. num. 4. Aponte de potestate Proregis, tit. 4. §. 5. num. 9. Gratian. discept foren. cap. 3. num. 22. Mangil. de subhasta. quest. 81. num. 4. Pareja de instrum. editio. tit. 6. resol. 3. num. 91. Arias de Mesa variar. resol. lib. 1. cap. 6. num. 6. Vivianus Chiroc. disceptat. 78. num.

57

num. 70. Olea de eessio.iur. tit. 5. q. 13. num. 3. controuersiaæ decisio-  
num tradens num. 17. ibi: Euenit in Iosepho Solines Oppidi de Co-  
drongianos, qui anno 1631. fuit à posseſſione bonorum eius patrui Re-  
ctoris Andree Solines ſpoliatuſ, inſtante Don Simeone Figos, & Fran-  
cisco Garao, virtute cuiuſdam decreti obtenti ab Excellencissimo do-  
mino Marchione de Castel-Rodrigo, illo tunc Regni Moderatore per  
Officialem Oppidi de Codrongianos, abſque citatione dicti Solines exē-  
quuto, qui poſtea fuit reintegratus corporaliter in posſeſſionem, & ma-  
numentus in illa, mediante ſententia per Regiam Audientiam interpo-  
ſua, Relatote domino Don Gauino Liperi, & Paliathis, &c. Aliasq;  
duas decisiones tradit num. 49. & 50.

108 Noster Iacobus Cancer variar. 2. cap. 7. nu. 6. ibi: Pre-  
dicta regula procedit etiam si à Iudice ſim ſpoliatuſ; ſi enim Iudex ſine  
cauſe cognitione priuat me posſeſſione alicuius rei, perinde ſum ante  
omnia reſtituenduſ, ac ſi eſſem à priuato ſpoliatuſ, cap. conquerente, &  
ibi DD. ex tit. notat Gemin. conf. 5. Guido Pancir. conf. 101. num. 11  
Celsus Hugo conf. 119. Bru. conf. 167. in fine, lib. 2. Mar. ab Azpilc.  
de appellatio. lib. 2. conf. 5. num. 8. vol. 1. ubi dicit ſpoliatuſ à Iudice,  
non ſeruato juris ordine, perinde eſſe ante omnia reſtituendum, ac ſi eſ-  
ſet ſpoliatuſ ab eo, qui non eſt Iudex. Idem ante eos notat Panor. com-  
muniter receptuſ in cap. cum cauſa, de offic. delegat. in quarto notab.  
ubi dicit, quod factum Iudicis, non rite procedentis, equiparatur pri-  
uati facto, & quod ſic potest peti reſtitutio aduersus factum auctori-  
tate Iudicis non recte procedentis, ut aduersus ſpolium factū per pri-  
uatum, ubi plus addit, quod potest Iudici cali caſu reſiſti ſicut priuato,  
iſtam Panormitanuſ doctrinam menti tenendam dicit Azpilc. de reſ-  
cript. in 7. cauſa nullitatis, num. 8. circa medium, ſequitur Menochius  
cum infinitis quos allegat, de recuperan. posſeſſ. remed. 8. num. 8. Deciuſ  
& Cagnol. in l. factum à Iudice, ff. de reg. iuriſ, Natta conf. 153. nu. 3.  
ubi dicit, quod adeptus posſeſſionem à Iudice, nulla citatione prae-  
dente, non plus juris habet, quam ante habebat, multos alios ad pro-  
poſitum curiat Decian. respons. 37. num. 27. cum tribus ſequentib. vol. 3.  
quod etiam expreſſe ius noſtrum Municipale probat, ut in Conſtit. 4.  
Nos, è Oficiaſ, hoc titulo, quod etiam lib. 2. resolut. cap. 2. de jurif-  
dic. omnium Iudicuſ trado, num. 164. &c.

109 Prædicta (prosequitur idem Cancer) procedunt, quævis Iudex dixerat se ignorasse possessionem plenā, & sic ab alio fuisse occupatam, cum non sit probabilis illa excusatio, eo quod diligenter inquirere, & præscrutari debuisset, an aliquis possideret, vel non; notat Sucrus in l. vltim. 129. Cod. de edicto Diuī Adrian. tollen. Alexander conf. 83. num. 9. lib. 2. Craveta conf. 225. num. 1. et 5. Ancharran. conf. 270. nu. 5. ubi subdit, possessorem per factum Iudicis sua possessione privari non posse, licet fuerit citatus per proclama generale, cuius dictum verum est, cum nec generalis citatio sufficiat, cum possessor est certus, ita Felinus in cap. 2. num. 8. de constit. Parisius conf. 25. num. 42. et conf. 101. num. 128. lib. 1. Alexander conf. 107. collu. 1. lib. 5. de communi testatur Menoch. de recuperanda posse. remed. 8. num. 101. et 102. Beccis conf. 12. per tot.

110 Eleganter Fontanella tom. 1. decif. 91. num. 24. ibi: Sed quomodo? spolium considerabis in tertio bona fide possidente, et maxime auctoritate Iudicis? ita in hoc casu loquuntur citati DD. qui omnes etiam spolijs actionem contra eum concedunt spoliato nulla differentia facta, nisi quod fructus antea, vel post litem contestata, secundum quod considerabitur in eo de bona, vel mala fide; Audi ad id pulchra Senatus verba in illa Francisci Thomas de Gallines de tertio, qui acquisiverat auctore Prætore in publica subhastatione loquentia, quæ decidendo sic habent, tamen quia actio spolijs datur contra possessorem rei, super qua fuit commissum spolium, quod procedit etiam si tertius possessor titulo, ac bona fide possideat, cum in spolio non inspiciatur, an quis justè possideat, sed solum an alter sine iusta causa de possessione ejectus fuerit.

111 Ex his ergo fit, quod Nobilis Adversans non potest impedire actionem spolijs, quamvis antecessores illius occupaverint possessionem dictæ jurisdictionis Villæ de la Granadella, & Locorum Populæ, & Boheræ Iudicis jussu præcedente, cum defectus citationis possessoris tunc certi, dicta procedimenta fuerunt invalida; & spoliativa juris radicati tunc penes dominū nostrum Regem, & consequenter quamvis prætenderet pars alia

alia bona fide possidere dictam jurisdictionem; id ei prodesse nō posset ex supra firmatis, p̄̄maximē; quia non potest negari, quod habet causam ab spoliatore, & si hæc in tertio bona fide possidente procedunt, quanto facilius contra Nobilem Adversantem habentem causam ab spoliantibus?

112 Audimus jam Nobilem Adversantem opponentem non posse Fisco Procuratorem, nec dictam Vniversitatem post lapsum tantorum annorum, p̄̄dictam actionem spolij intentare, lapsq; decennio, imo ob dictam negligentiam, emississe Fiscum, & Vniversitatem, possessionem, & jus, seu interesse, quod in dicta Villa, & Locis Granatellæ habebant, ex traditis per Socinum in l. remque nobis, num. 8. in fin. ff de acquiren. possessio. Nevisan. conf. 79. num. 24. Antonius in cap. quoniam frequent r. §. quid si super, ext. ut littere non contestata. Panciro. conf. 130. nu. 11.

¶ 12. Quia respondeatur, dictum remedium spolij esse perpetuum, & in rem scriptum, agi q; de spolio posse, non obstante quocunq; temporis cursu, vt cum alijs docuit Ioannes Baptista Valenzuela conf. 33. n. 278. ibi: *Et spolio agere licet quocunque temporis cursu non obstante*, secundū Cassadōrum decis. 6. de restit. spoliat. Ludovicus Gomezius regula Caucellar. de annali possessore, q. 11. num. 14. latè Puteus lib. 1. decis. 115. num. 2. ¶ seqq.

113 Ludovicus Postius in resolut. 40. num. 25. ibi: *Cum spolium sit perpetuum, quando spoliatus ex iusta causa cecidit à possessione, quidquid aliud sit quādo cecidit factō proprio.* Veral. decis. 172. num. 3. par. 3. ¶ c. pr̄scriptio 30. annorum sit odiosa, Gratian. discep. foren. cap. 2. num. 46. ¶ cap. 475. num. 21.

114 Et DD. circa hunc articulum, ad finiendam actionē spolij requirunt non decennium, sed tempus necessarium pro p̄̄scriptione similis actionis, Menochi. de recuper. remed. 15. nu. 418. vers. Secundus est casus, conf. 143. num. 21. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 67. num. 50. ¶ seqq. Gratian. discep. foren. cap. 2. à num. 7. ¶ seqq. ¶ cap. 173. num. 1. Rota post Pacific. de Salvian. decis. 68. num. 6. Seraphin. decis. 1360. num. 3. per tot. ¶ part. 1. recentior. decis. 97. num. 1. & apud Farinac. decis. 763. secundo vol. ¶ decis. 97. in nouissim. Alexander Ambrosin. decis. Perusin. 20. lib. 1.

60

Hærcules Marescotus var. resol. cap. 68. ex nu. 53 lib. 2. Tiraquel de retract. conuen. §. 1. glof. 2. à num. 1. Fontanel. decis. 75. num. 28. Cæsar Barzius decis. 48. num. 18. & illud, quod dicitur de decen-  
nio intelligendum procedere, circa remedium retinendæ, non  
vero recuperandæ, ut distingunt supradicti DD. & tenet noster  
Fontanella de pæctis nuptial. tom. 2. claus. 7. glof. 3. par. 9. à nu. 47.

115 Et si lapsus forsan fuerit tempus veluti 30. annorum  
gaudentibus beneficio restitutionis in integrum, illud competit  
adversus lapsus dicti temporis, qua restitutione in integrum  
mediante, ad actionem spolij restituuntur, ut dixit Rota, illud  
competere parti spoliatae in causa Mantuana bonorum 16. Ja-  
nuarij 1611. coram Obaldo, quam laudat, & sequitur Rota in  
decis. Cordubeni. præstimoniorum 13. Novembri 1620. coram  
Cardinali Sacroto, impressa per Postium post tractat. de manuten-  
decis. 488 num. 12. Postius resol. 113. num. 53. vt admissit pariter,  
noster Cancer variar. 2. cap. 7. nu. 41. in illius additione, ibi: Con-  
trarium tenet Craueta cons. 235. num. 2. vide super his Capellam Tho-  
lofanam, & ibi. Aufre. decis. 488. ubi dicit, tutius esse petere restitu-  
tionem in integrum, vel Iudicis officium implorare, & Lupum alleg.  
51. num. 9. & 10. idem Crauet. cons. 124. num. 14. ubi dicit, prædi-  
cta procedere si aduersarius opponat prescriptionem, seu defectum  
juris agendi ad recuperationem possessionis.

116 Opponi non poterit huic parti, quod neglexerit pe-  
tere beneficium restitutionis in integrum, ac Iudicis officium  
implorare, cum omnibus clausulis amplissimis, & salutaribus,  
quorum vi jam alias censeretur imploratum, & petitum, ex tra-  
ditis per Fontanel. decis. 177. num. 8. vt bene observavit Ioannes  
Franciscus Andreolus controuer. 79. num. 15. ibi: Nec dicitur non  
fuisse petitam restitutionem in integrum, quia satis illam petitam con-  
staret ex clausulis petens, &c. & omni meliori modo, &c. Gozadin.  
cons. 28. num. 4. & 20. Lancell. Gall. cons. 60. num. 30. & 31. Pan-  
cirol. cons. 96. num. 35. Riminald. iunior cons. 41. num. 46. Mantica  
de tacit. lib. 11. sit. 20. num. 44. Giurba decis. 77. num. 12. imo quan-  
do petitur, id quod solius in integrum restitutionis auxilium competet  
in antecedens necessarium restitutio in integrum petita, dicitur Rota  
conf.

conf. 34. num. 41. & conf. 83. num. 19. Riminald. iunior conf. 33. nu. 8.  
Decian. conf. 10. num. 82. volum. 2. Beniten. decis. 4. num. 5. Gail. obser. 140. num. 6. lib. 1. Giurba decis. 77. sub num. 12.

117 Mirificè Nobilis Regens Matheu de regim. Regni Valen. cap. 12. §. 7. num. 41. ibi: Dubitari non semel vidi, si is cui competit beneficium restitutionis in integrum reparationem lesionis postulauerit, & instantia, ad quam illo opus habet, non exprimit eo utri se revelle, sed adhibeat clausulam salutarem omni meliori modo. Censendus sit restitutionem implorasse? & affirmatiū respondendum est dupli ex ratione: Prima est ex vi ipsius clausulae, ut docent Mantica de tacit. & ambig. conuentio. lib. 11. tit. 20. nu. 44. alijs relatis Giurb. decis. 77. nu. 12. Maceraten. variar. lib. 1. resol. 54. n. 6. in fin & lib. 2. resolut. 8. nu. 43. cum seqq. Barbosa de claus. vsufreq. claus. 95. nu. 1. cum seqq. Secunda, quam expendit Giurba ibidem, quia dum postulatur id, quod solo beneficio restitutionis concedi potest in necessarium antecedens censemur imploratum beneficium, ex traditis per Beniten. decis. 4. num. 5. Gail. lib. 1. obser. 140. num. 6. & alijs congestis per Giurbam ubi proxime, & sic decisum fuisse in Regia Audientia, tanquam in dubium refert idem Polo ad Vers. 139. contra Don Gaffarem Artès, & ad fauorem Francisci Mallent, certo nomine, anno 1620.

118 Pro vt ad relationem eruditissimi Nobilis Michaëlis de Cortiada extitit decisum 14. Iulij 1657. Not. Iosepho Ferter, in favorem Hieronymi Salvador, contra Procuratorem Fiscalem Patrimonialem, Carolum Reart, & Antonium Generès tanquam possessores hæreditatis, & bonorum, quæ fuerunt D. Francisci de Ayguaviva, Barcinone populati, ibi: Saltēm ope restitutionis in integrum ex clausula generali, quæ censemur à dictis agentibus tunc, ut prædictis petitæ ex clausula jus, & justitiam ministrari omni meliori modo, contenta in scedula oblata 13. Februarij 1655.

119 Cum fuerint ergo tam prægnatissimæ clausulæ dictæ, & expressæ, tam pro parte Vniuersitatis, quam Fisci Procuratoris suis respectivè deductionibus, dubitari nequit de implorato beneficio, ipsis magis utili, & proficuo, adversus quæcumque sibi præjudicia, negligenterque forsitan omissa per antecessores,

Q res,

res, & aliás restitutio in integrum implorata per Vniversitatē circa prædicta; prodest Fisco, ea quæ juvari valet, ex traditis per Fontanel. decis. 122. nu. 12. Guazin. defensio. 36. Mazin. quest. 50. num. 20. Capyc. Latro decis. 165. à num. 46.

120 Nec Fisco controverti valet prærogativa dicti beneficij restitutionis in integrum, quia sicut Minori, Reipublicæ, Vniversitatibus, indulgetur, ita pariter Fisco datur, cum ex commune Doctorum placito, Fiscus jure minoris vtatur, ut pluribus citatis docet Don Ioannes Baptista Larrea alleg. *Fiscal.* 26. num. 39. Don Didacus Antonius Fajardo par. 1. alleg. 1. nu. 123. Capyc. Galeota responso *Fiscal*, num. 47. 48. et 49. Fontanella decis. 176. num. 12. benè Latro decis. 165. num. 47. ibi: *Et idèò in causis ordinarijs, ubi nō tractatur de pœna nullum potest esse dubium, quin Fiscus laesus in sententia restitui debeat jure minorum,* d.l. 1. Cod. de sententijs aduersus Fiscum latis, Paulus de Castro, Fulgosius, et alij in dicta l. Respublica, Cod. ex quibus causis majores, Baldus in d.l. quod ergo, §. pœna grauior, Bossius in titulo si aduersus rem judicatam, num. 26. et alij per Sfortium Oddum de restit. in integrum, par. 1. quest. 3. artic. 13. num. 80. et Fiscum, et Ecclesiam in materia restitutionis in integrum equiparari dixit Cassan. in consuetud Burgum. rub. 6. §. 4. vers. Sed quia, num 12. ubi Respublica, Ecclesia, Fiscus, et Pupillus, paripassu ambulant, l. rem pub. Cod. de jure rei pub. lib. 11. cap. 1. de in integrum restituzione, Celsus Hugo conf. 58.

121 Hinc dixit Nobilis Regens Matheu de regim. Regni Valencie, cap. 8. §. 2. nu. 31. Fisco competere restitutio nem in integrum in causis Fiscalibus semper, & quoties jus ipsius læditur, adhuc etiam contra factum Iudicis, ibi: *Et contra doctrinā Sacrae, alia rurget ratio in causis Fiscalibus, nam certum est Fisco beneficium restitutiois competere, ut pluribus relatis probat Alfarо de officio Fiscalis, glos. 16. priuil. 56. num. 191. et seqq. Larrea alleg. *Fiscal.* 71. nu. 8. tom. 2. quoties ius ipsius ledatur in omissione, inscriptionis à Iudice facienda, nam etiam contra factum Iudicis restitui debet, Alfarо glos. 18. priuileg. 16. n. 26. et Don Didacus Antonius Fajardo alleg. 49. à nu. 202. docet, quod Fiscus restitutio nem in integrum habet adhuc contra litteras Regias eidem prejudiciales, et contra factum Principis*

pis, & sententiam, ibi: Et predicta sententia inefficax fuit, & nulla,  
 & ut ultima anni 1662. & Fisco competit per eum petita restitu-  
 tio in integrum ex dictis supra num. 16. & 52. ( & ibi dicta pariter  
 applicantur nostro casui) & similiter ei competit ea, quam petit con-  
 tra dictam approbationem, & litteras Regias, quia Fisco datur con-  
 tra factum, & sententiam Principis, Boërius decis. 62. Caldes Pereyra  
 in l. si curatorem habens de restitutione in integrum verb. lesis, sub nu.  
 103. Galeota Respons. Fiscali 12. num. 17.

122 Igitur non poterit Adversans in praesentiarum dene-  
 gare dicto Fisco, & Universitati prelibatum restitutionis in in-  
 tegrum beneficium, circa dictam actionem spolij, quamvis  
 elapsum fuerit tantum tempus; nam in eisdem met nostris ter-  
 minis actionis spolij, ita agnovit noster Cancer var. 2. cap. 7.  
 num. 42. ibi: Quod singulariter limitat Socin. ubi supra in personis,  
 quibus beneficia restitutio in integrum Iudicis officio subueniri solet;  
 propter sunt minor, Ecclesia, absens, & similes, quia & his etiam si sua  
 culpa, negligentia eorum à possessione ceciderint competit Iudices of-  
 ficio possessorum recuperanda intra quadriennium, intra quod resti-  
 tutionem in integrum possunt implorare, notat idem Socin. cons. 226.  
 num. 2. vol. 2. Rip. in cap. sœpè, num. 16. de restit. spoliatorum.

123 Nec praedictum quadriennium ad praefatam peten-  
 dam restitutionem lapsum fuisse constanter affirmamus, sup-  
 ponendo de jure, quadriennium varijs ex causis suspensum re-  
 manere, licet amplius, quam per centum annos duret suspensio  
 nis causa, ita firmarunt Sfortius Oddus de restit. in integr. par. 1.  
 quest. 20. artic. 5. ex num. 48. ad 70. vbi latissimè materiam pro-  
 sequitur Afflictis decis. 329. num. 6. Oliba de actionibus, part. 1. lib.  
 2. ad 5. rursus, ex num. 97. cum seqq. Antonius Thesaurus decis.  
 134. num. 4.

124 Explorati etiam juris est, quod quadriennium, quod  
 est de jure constitutum ad perendum restitutionem, ut plenè  
 probat Carroccius de acceptionibus, exceptio. 49. num. 170. Oddus  
 de restitu. in integrum, part. 2. quest. 76. artic. 6 Fontanella decis. 177.  
 num. 23. solū incipit currere à die notitiae læsionis, & non antea,  
 Marescotus lib. 2. varia. cap. 57. num. 5. Giurba decis. 106. num.

10. Fontanella de pactis, clau. 7. glos. 3. part. 2. nu. 7. Cancer var.  
part. 3. cap. 2. num. 83. Excellentissimus quondam Vicecancelarius Crespi obserua. 33. num. 2.

125. Quibus illud nobis etiam assistit efficax praesidium,  
scilicet instrumenta, quibus innittitur, Fisci Procurator. & haec  
pars Vniversitatis Villæ Granatellæ, & Locorum Populæ, &  
Boheræ fuisse non inventa penes se (quod impossibile erat ob  
violentam subtractionem titulorum, & Privilegiorum de illis  
factam; per Algutzirium Pontons, teste ipso processu) sed de  
novo, ac recentissime penes alium reperta, inexplicabili adhi-  
bita diligentia, & statim, quod Deo favente ea meruit inveni-  
re, instavit reintroductionem commissi spolij, & quod dominus  
noster Rex per eius Fisci Procuratorem peteret, & instaret pa-  
riter, prius, & ante omnia rem in pristinum statum reduci, anul-  
latis procedimentis, eo non citato, factis, ipsumque primitus in  
dictam possessionem seu quasi jurisdictionis spoliatae restitui, &  
consequenter præmoratum quadriennium solum currere incœ-  
pisset à die reperituræ dictorum instrumentorum, quia interim  
ob dictam ignorantiam tanquam impediti, agere non potue-  
runt, & impedito non valenti agere, nullum currit tempus, ut  
cum multis docet Salgado labyrinth. credit. par. 1. cap. 40. num. 26.  
& eleganter observavit Fontanel. decif. 176. à num. 6. ibi: Ve-  
niamus ad tertiam limitationem, quæ est quando concurrit ignorantia  
instrumentorum, tunc enim per restitutionem in integrum ex clausula  
generalis quæ mihi justa causa subueniendum, sine dubio esse damnū  
passo, existimant scribentes, & est ratio, quia in impedito nullus un-  
quam dubitauit, quin possit de novo reperta, instrumenta producere,  
aduersus rem judicatam beneficio restitutionis in integrum, & eo mo-  
do illam infringere, impedito enim, & non valenti agere nullum cur-  
rit tempus, l. i. ad finem de annali exceptione, & authentica nisi trien-  
nale, Cod. de bonis maternis, & concordant quos inferius adducemus,  
ignorans autem impeditus dicitur, & impeditus omissio, quia qui ne-  
cit, non valere agere dicitur, l. annus, ff. de calumniatoribus. Barto-  
lus, & DD. in l. genero, ff. de his qui notantur infamia, & ignorantia  
dicitur impedimentum facti, in d. l. annus. Roland. à Val. conf. 68.

num. 27.

62

num. 27. lib. 3. in summa, equiparari in his eum, qui ignorauit, & eu-  
qui impeditus fuit, taliter quod paria sint, remedium ignorare, vel  
scire, & uti non posse, tradit Paulus de Castro in l. admonendi, nu. 8.  
de jure iurand. cum alijs adductis per Carrocc. de remed. aduers. pre-  
indicia. senten. except. 49. num. 1.

126 Et quod (prosequitur idem Fontanel.) ex capite ig-  
norantiae detur in hoc casu restitutio, est communis opinio In-  
terpretum, in qua regulariter omnes conveniunt, ad quod tot  
DD. adducit Vincentius Carrocc. de remed. aduersus praejud. sent.  
except. 49. ex num. 46. vt superfluum sit allegare alios, sed non  
omites, quod etiam commemorat Hieronymus de Cevallos  
commun. contra commun. quæst. 542. vbi pluries decisum asserit,  
Afflict. & ibi Vt sillus decis. 356. Garcia de nobilit. glos. 6. §. 2. num.  
5. cum seqq. Ioannes Gutier. de jurament. confir. par. 3. cap. 7. num. 8.  
exprobatisimum de hoc est consil. Surdi 268. videndus An-  
tonius Gabriel in commu. conclus. cit. de restitut. in integrum, tota con-  
clus. 2. Boërio decis. 307. per tot. Ioannes Baptista Costa de facti  
scientia, & ignorantia, inspect. 99. distinct. 16. etiam per tot. Steph. Gratian. discep. foren. 118. ex num. 1. lib. 1. vbi tamen dicit, quod  
in Republica, & Fisco sufficit allegare instrumenta fuisse de novo re-  
perita.

127 Quamvis requirant DD. probationem ignorantiae  
remanet illa legitimè justificata, eo ipso, quod liquet, quod  
prædicta instrumenta existebant penes tertium, qui casus est  
noster, hacque circumstantia concurrente, contentatur Senatus,  
vt animadvertisit Fontanella decis. 177. n. 22. ibi: Ob quod opportuit,  
vt in secunda instantia, hæc nouæ reperturæ qualitas probaretur dicen-  
do instrumenta extitisse penes tertium, qui est bonus modus probandi,  
quam ego semper sequor, & benè succedit, vt dixi in alijs locis, &  
ideo tu cause, ne aliquid simile tibi ex defectu huius probationis con-  
tingat.

128 Et ad ubiorem cautelam hæc pars offert jurare pa-  
riter ad sui notitiam paulò ab hinc tempore de novo venisse;  
& ad dicta instrumenta perquirenda exhibitam fuisse omnem  
diligentiam: quibus remanet satisfactū probationi dictæ qua-

licitis, per textū cap. pastoralis de rescriptis, Menoch. de arbitriarijs, casu 241. à num. 2. Caccialupus in l. admonendi de jurejurando, num. 43. Fontanella decis. 17.num. 11. et decis. 18.num. 8. et decis. 370. num. 16. Ripoll variar. cap. 6. num. 49. & in additionibus ad Pegueram rub. 17. num. 46.

129 Et in decisionibus relatis per Fontanella decis. 176. nro. 17. 18. et 19. motiva ad concedendam dictam restitutionem adversus rem judicatam hæc tantum fuerunt, ibi: Cum propter instrumenta nouiter reperia justa subsit causa concedendi restitutionem in integrum aduersus rem judicatam; inde fit, ut concessa illa iterum merita negotij sint discutienda. Et ibi: Vel quia factum antecessoris ignorarunt, vel quia probare non potuerunt: quo in casu ex clausula generali si quamibi justa causa, et c. concedi debet restitutio, & novissime ita declaravit Senatus 23. Iunij 1674. in favorem Mariæ Camps, & Sicart vxoris Salvadori Camps V. I. D. contra Olegarium Vila V. I. D. & Stephaniam Vila matrem, & filium respectivè, referente Nobili Hieronymo Magarola, Not. Emanuelle Texidor, quamvis dicta Vila obtinuissent sententiam favorabilem 1. Iunij 1671. quæ postea in omnibus, & per omnia fuerat confirmata in causa supplicationis. i. Julij 1673.

130 Quibus adoctus noster Fontanella concludit, quadriennium datum ad petendam dictam restitutionem non currere, nisi à die deictorum instrumentorum, ut dixit decis. 177. num. 24. ibi: Quod tamen quadriennium non currere, nisi à die scientie, seu deictorum instrumentorum, tradit Costa de juris, et facili ignorantia, inspectione 99. distinctio. 6. num. 6. et Stephanus Gratian. discep. foren. 408. num. 11 lib. 3. quod te admonet ut agere valens non obliuiscaris probare tempus huius scientie, quantum in te sit.

131 Ex quibus ergo omnibus fit, ut, dicto Fisco, & Universitati competere debet, & competit indubitanter beneficium restitutionis in integrum ad instantiam actionem spolij, & ea mediante reintegrationem jurisdictionis spoliatae ante omnia concedendam fore, & esse in vim dicti implorati beneficij

ficij restitutionis in integrum, & quamvis ex Cancer. variar.  
2. cap. 7. de restit. spoliat. num. 42. esset dicta restitutio intra qua-  
drinum imploranda; non esset illud effluxum, ut supra affir-  
mavimus, cum currete tantum incoperit à die detectorum in-  
strumentorum, quia tunc cessavit ignorantia, & agere valiu-  
hæc pars ex dictis instrumentis noviter repertis, vt plura ad rem  
in terminis præscriptionis actionis spolij tradit. Ludovic. Posti.  
resol. 139. ferè per tot. Larrea alleg. Fiscal. 68. num. 29. par. 2. Rota  
apud Rubeum decis. 21. num. 15. & 18. par. 7. fusè Vincentius  
Bonden. colluct. 48. à num. 24. cum seqq.

132 Nec suffragari poterit adversans, si forsitan dicat ip-  
sum munitum esse præsidio temporis, nedum 100. annorum,  
verum, & ultra, possidendo, & exercendo dictam jurisdicção-  
nem, ideoqué, cum cursus tantorum annorum dicitur tempus  
immemorabile, vt tradit Velazq. in l. 41. tauri, glos. 1. num. 13. &  
16. Nata conf. 446. num. 11. Alexander conf. 16. nu. 16. lib. 5. De-  
cianus respons. 24. nu. 110. lib. 1. Molina de Hispan. primogen. lib. 2.  
cap. 6. num. 55. & 62. & cap. 3. nu. 62. & 63. & sic hoc tempore  
forsitan prætenderet sublatum esse omne jus, etiam contra Prin-  
cipem, cum restitutio cessat, ubicumque præscriptio fuerit im-  
memorialis, Cravet. conf. 201. num. 37. & alia pluraque ita expé-  
dere posset ex traditis per Cancer variar. 2. cap. 1. de minor. nume-  
ris 235. 236. 237. & seqq. cæterum ex infra dicendis facilimo  
negotio prædicta evanescant.

133 Memorix in primis repetendum est, partem aliā  
occupasse jurisdictionem dictæ Villæ Granatellæ, & Locorum  
Populæ, & Boheræ, vt ipse ait, in vim litterarum per eum exhi-  
bitarum scedula oblata die 10. mensis Maij anni 1681. quarū  
litterarum, & procedimentorum nullitas notoria, & insanabi-  
lis manifestissimè fuit detecta, & probata numeris antecedentibus.

134 Quo præmisso, facilimo negotio machina dictæ po-  
sessionis longevæ Nobilis Adversantis ruit, quia titulus nullus,  
invalidus, ac vitiosus ab initio, non potest tribuere causam pres-  
cribendi, Felinus in cap. de quarta, num. 35. de præscriptionibus, Cra-  
vet.

vet. conf. 949. num. 28. & de antiquitate temporis, par. 4. S. materia ista  
sub num. 6. vers. Circa primum, Hondon. conf. 28. num. 43. lib. 1.  
Menoch. de retinen. remed. 3. num. 639. Afflictis decis. 107. num. 5.  
Barbosa in rub. Cod. de prescrip. Marius Cutellus in Cod. legum si-  
cular. ad leg. Martini discursu pro concordia inter Inquisitores, & Of-  
ficiales Regni Siciliae, cap. 3. num. 55. Gratianus discep. foren. discep.  
441. num. 4. 5. & 6. tom. 3. Messin. de confissa. quæst. 44. num. 103.  
Fontanella de pactis, claus. 4. glos. 13. par. 4. num. 47. cum multis seqq.  
& decis. 64. num. 6. decis. 85. num. 18. tom. 1. Possent. sing. 91. num.  
3. & seqq. centur. 1. Cyriac. controuer. 321. num. 66. tom. 2. Melli,  
allegat. 58. num. 14. & alleg. 129. Rota coram Burat. decis. 457.  
num. 6. tom. 2. & coram Peña decis. 997. sub nu. 8. tom. 2. Vincent.  
Bonden. colluct. legali 48. num. 33.

<sup>enq</sup> 135 In tantum, quod si constat ( propterea hic ) titulum nul-  
lum causam dedisse possidenti, corruat possessio, & non perfici-  
tur prescriptio, etiam si esset mille annorum, & cuiuscumque  
alterius immemorabilis temporis, Mandel. de Alba conf. 34. n.  
14. Lana. conf. 94. Faber in suo Codice, lib. 1. tie. 2. diffi. 5. Trevisan.  
decis. 55. lib. 2. Peregrin. conf. 69. lib. 4. Castillo decis. 12. par. 1. Bar-  
dellono conf. 47. Barbos. in rub. Cod. de prescrip. ex num. 168. &  
à num. 348. & ita declaravit noster Senatus 8. Octobris 1620.  
in favorem Egregij Comitis de Peralada, contra Nobilem Frá-  
ciscum de la Nuça, circa recuperationem quorundam Locoru,  
quæ dictus de la Nuça, possidebat, quamvis opposita fuisset pres-  
cripto plusquam ducentorum annorum, ut latè prosequitur  
Fontanella decis. 445. & 446.

<sup>idem</sup> 136 Observandum enim est defensionem Nobilis Fran-  
cisci de la Nuça in illa causa, præcipuum fuisse, allegando se non  
possidere ex titulo producto per Egregium Comitem de Pera-  
lada, sed alio valido, & justo à jure præsumpto, ob antiquitatē  
tam longissimi temporis, videlicet plusquam ducentorum an-  
norum insistendo in allegata prescriptione asseverando, quod  
quando pars, quæ opponit de prescriptione non est, quæ titu-  
lum exhibuit, sed pars alia, tunc quantumvis titulus sit nullus,  
& vitiosus non nocet ( secundum aliquos ) prescriptioni lon-  
gissimi

gissimi temporis, ut prosequitur dictus Fontanella decis. 445. à  
num. 7. & nihilominus subcubuit.

137 Quid ergo affirmasset Fontanella, nostro in casu, vbi  
pars alia, titulum possessionis occupatae dictæ jurisdictionis pro-  
duxit, & eo, et si nullo, & invalido jurisdictionem spoliatam  
defendere toto conatu nititur, respondisset sane, quemcumque  
longissimi temporis cursum, ei opitulari non posse, prout in his  
terminis docent DD. Nam tituli vitioli, & nulli ab ipsa parte  
productio, destruit omne ex post subsequutum, quia longissima,  
et si possessio, continuata existimatur ratione eiusdem nulli tituli,  
nam si alium meliorē ad suam fundandam intentionem habui-  
set, quis h̄esitavit, quod non produxisset, ex l. 1. Cod. de imponen.  
lucrati. descrip. lib. 10. glos. fin. l. quadam mulier, ff. de rei vindic. Gra-  
tian. decis. 9. 1. num. 8. & in additioni. nu. 1. Amato resol. 94. à n. 13.  
Giurba decis. 62. nu. 3. & 4. Mascard. de probatio. conclus. 304. nu.  
15. ibi: Non presumi titulum ex lapsu temporis antiquissimi, cuius  
initij memoria non excat in contrarium, quando producitur titulus ex-  
pressus, qui sit nullus, nec validus, tunc enim stamus expresso. Et vol.  
3. conclu. 137. 1. num. 64. ibi: Nuncque præsumptio boni tituli, seu bo-  
ne causa præscribenda potest habere locum, quando expressé malus ti-  
tulus allegatur, & in eo fundetur intentio allegantis, & conclus. 225.  
num. 24. Garcia de Nobilitate, glos. 12. num. 80. Marescot. lib. 1. var.  
cap. 13. num. 6. Farinac. decis. 136. num. 12. par. 1. in nouis. Menoch.  
lib. 3. var. cap. 3. num. 124. Nicolaus Garcia tract. de beneficijs 5. par.  
cap. 9. num. 131. latè Addentes ad Molinam de Hispan. primogenijs,  
lib. 2. cap. 6. pag. 138. concludendo, h̄ec indubitanter procedere, si talis  
titulus esset produktus ab illo, qui in dicta præscriptione nititur.  
138 BENE TONDUTUS de pensionibus Ecclesiasticis, cap. 36.  
num. 17. ibi: Aut titulum transactionis producere volebat, & hoc ca-  
su, cum titulis ex sola illius lectura nullus appareret, non poterat illo  
nisi, nec alterius melioris tituli præsumptionem allegare, immo præsu-  
mitur, quod si alium meliorem titulum habuisset produxisset, & hoc  
est, quod docent DD. melius esse titulum non producere, quam produ-  
re viciosum, Gregor. decis. 353. num. 19. Argent. in consuet. Britann.  
artic. 266. cap. 6. num. 5.

139 Et post tractatum de pensionib. Ecclesiast. decis. 51 n.7. ibi:  
 Quoniam ex exhibitione transumpti contra normam Constitutionis à  
 Christophoro subscripti ejusdē usus in subsequita statim possessione de-  
 promittur ex supra deductis, necnon melioris tituli præsumptio elicita  
 ex prouisione in forma graticia, haud ostensa capitulo prorsus excludi-  
 tur, ut notat Aymon conf. 134. num. 44. vers. Pro hoc. Loter. de te  
 beneficia lib. 3. quæst. 21. num. 38. Rota coram Duran. decis. 265. num.  
 148. & decis. 731. num. 19. par. 1. diuers. & in Nouarien. bonorum  
 1. Iulij 1644. in §. neque huiusmodi, vers. Quia cum Calistus, coram  
 R. D. meo Decan. & in Tudertina Parochiales 5. Decembris 1646. in  
 §. quia dum ipse, coram R. P. D. Cerro, & not. add. ad decis. Greg. 553.  
 num. 19.

139 Buratus tom. 3. decis. 875. num. 7. ibi: Et tandem, quia  
 præsumptio continuationis ex titulo praæambulo non procedit in posse-  
 sione centenaria, non si titulus infectus non producitur ab eodemmet  
 possessores nō tollit præumptionem resultantem ex centenaria, Menoch.  
 conf. 90. num. 63. 67. & ibi de magis communi, lib. 3. & præsumptio.  
 131. num. 50. Rota decis. 254. par. 3. diuers. & in dicta Parmen. Pri-  
 oratus coram Reuerendis. Selcius. & ita resolutum utraque parte in-  
 formante.

140 Rota post Postium tract. de manutenen. decis. 540. nu.  
 21. ibi: Cum plus nocet probatio, & allegatio tituli nulli, aut inua-  
 lidi, quam simil probatum sit, ut dicit Innocen. in cap. dudum de  
 decimis, Bellam. conf. 10. num. 20. decis. 393. Aymon conf. 134. n. 3.  
 Rota decis. 731. num. 18. par. 1. diuer. & in decis. 548. apud eundem  
 Postium num. 7. Seraphin. decis. 1235. Ludouisius decis. 353. nu. 13.  
 & 19. Petrus Barbosa in rub. de præscrip. num. 358.

141 Celsat Carena resol. 102. num. 3. ibi: Neque obstat, quod  
 dicitur de præumptionū harū cessatione ex productione tituli inualidi,  
 nam respondeo ego, quod hoc procederet ubi titulus inualidus fuisse  
 productus per dom. Curratellum, nā tunc, quia non præsumere cur habere  
 meliorem titulum procederet objectum; secus in præsenti ubi titulus  
 non fuit productus per dictum dom. Curratellum, ita Beltrami. ad decis.  
 553. Ludouisi num. 19.

142 Petrus Franciscus Tondutus quæst. Civil. par. 2. cap.

71

116. num. 12. ibi: Quia talis produc<sup>tio</sup> tituli in ualidi facta per Aduersarium, non potest collere præsumptionem tituli & validi orientem ex diu-  
turnitate temporis in favorem domini Locumtenentis, & hoc est, quod  
dicunt DD. eum qui temporis diuinitatem habet pro se, melius facere,  
si titulum non producat, Ricc. in prax. rer. for. Eccles. decis. 34. num.  
5. Seraphin. decis. 1235. num. 14. Addent. ad Ludouis. decis. 353.  
num. 19.

143 Eruditissime materiam sanè prosequitur Nobilis Re-  
gens Don Laurentius Matheu, & Sanz in nouissima additione de  
regim. Reg. Valencia, cap. 6. §. 1. à num. 41. ibi: Terrium est, quod ti-  
tulus, si exhibeatur, possessio admissibilis, non est, nisi quatenus est titulo  
conformis, etiam si possessio esset immemorialis: nam in eo, quod exce-  
dit titulum, adest mala fides, & sic possessio prodeſſe non potest: cap. pe-  
nul. de præscrip. cap. cum persona, §. quod si tales de priuile. in 6. ita Pe-  
terus Barbos. in rub. quod de præscrip. 30. vel 40. anno. num. 342. Fon-  
tanella de pact. claus. 4. glos. 13. par. 4. num. 47. & seqq. & decis. 45.  
num. 17. Ocalora de Nobilit. 2. par. priu. 3. cap. 3. num. 4. Larrea alleg.  
9. num. 29. & alleg. 13. num. 34. & alleg. 14. num. 19. Capiblanca de  
Baron. b. prag. 1. num. 226. pluribus adductis, Giurba obseru. 71. nu. 1.  
& seqq. præcipue num. 13. Et sic, quando titulus virtiosus, vel in-  
justus producitur a possessore, qui non potuit justam causam præbere ad  
præscribendum, ut si tituli nullitas, vel injustitia notoria sit, imme-  
morialis possessio non prodest, nam constat de initio virtuoso, & in effe-  
ctu videtur constare de mala fide, nullitate, aut injustitia tituli ma-  
nifeste, Peregrin. cons. 2. num. 24. & 56. & cons. 3. num. 73. lib. 1.  
Petrus Barbos. in dict. rub. de præscrip. num. 146. & seqq. & nu. 348.  
& seqq. Gratian. d. cap. 441. num. 12. dominus Leon in reston. juri-  
die. post. decis. 173. num. 254. Molin. de Hispanor. primogenitu. lib.  
2. cap. 6. nu. 64. & ibi Addent. Castillo de tertius, dict. cap. 3 num. 13.  
& cap. 18. num. 18 f.

144 Insignis Advocatus Fiscalis Don Didacus Antonius  
Fajardo in famigerata, quam edidit allegatione, pro Regio Fis-  
calo, quæ est 33. partis 2. suarum Allegationum Fiscalium, con-  
tra Episcopum Novariæ, circa materiam jurisdictionis, pariter  
geminatis vicibus hoc efficacissimum, quod prosequimus me-  
dium

dium, allegavit ad debellandam possessionem longevam, & immemorialem, qua fulciebatur, pro sua tutanda jurisdictionis præscriptione dictus Episcopus, signanter tamen expendimus quæ dixit dicta allegatione à num. 1217. ibi : *Ultra illum, non consideranda possessio, ut possit proficere, ut notatur in cap. cum persona, §. quod tales de priuilegijs, lib. 6.* Molina lib. 2. de Primogenijs, cap. 6. num. 60. Castillo lib. 5. controuer. cap. 93. nu. 53. Larrea alleg. 74. num. 5. & 6. Salgado in labyrinth. 3. par. cap. 2. num. 88. & duobus seqq. & num. 153. &c. & sic ex eo, & si immemorialis fuerit detentio non juvaret, Molina lib. 2. cap. 6. nu. 60. ad 76. Castillo tom. 7. cap. 26. num. 29. & alijs Larrea alleg. 109. nu. 22. Solorçano de Indiarum jure, tom. 2. lib. 2. cap. 29. num. 14. Pareja de instrument. editione, tom. 2. tit. 10. resol. 2. num. 2. & 3. Giurba de successione feudi, §. 2. glos. 9. num. 61. Gaspar Kloch tom. 1. cons. 15. num. 67. & 70. & melius fuisset adversanti dictum privilegium Othonis si non exibuisset DD. proximè relati, & Andreas Knichen de jure territorij, cap. 5. nu. 238. & sequentibus, & ex productione ejus cessat alterius, & melioris tituli præsumptio, Castillo d. cap. 26. num. 45. post medium, Molina dicto cap. 6. nu. 64. & idem Fajardus num. 1725. addidit Kloch in tractatu de contractibus, cap. 20. à num. 279. ad 283. Martinus Mager de aduocatio armata, cap. 9. num. 942. qui dicunt, quod nec milliaria, millium annorum sufficiunt, & num. 1741. adjungit Larream allegat. Fiscali 14. num. 19. & 20. Giurbam obseruat. 71. num. 3. & 4. & num. 2036. subnectit ad intentum Hermosillam in l. 54. tit. 5 par. 5. in glos. ibi nu. 10. Fachin. cons. 28. lib. 1. à num. 139. Ludovis. decis. 467. à num. 7. & ibi Beltramin. in additione ultima, Alexand. Raudens. tom. 1. cons. 2. num. 15. & 19. Spada cons. 107. num. 16. tom. 3. Kloch. cons. 10. fol. 114. vers. Secundo ostenditur

145 Quamvis præcitati DD. nec noster Fontanella in decis. 445. & 446. allegaverit nostrum Cancerium ad materiā huius controversiæ, omittere tamen non decrevimus, quia pulchrè præmorata confirmat, & probat vna cum Senatus semper laudanda censura var. 3. cap. 3. de priuilegijs, num. 124. ibi : *Dixi, quod cum constaret de initio dictæ possessionis, seu quasi, & appare-  
ret*

ret illud esse vitiosum, & contra Constitutionem (prout sunt pariter litteræ, & instrumenta producta per Nobilem Aduersantem, de quibus conquerit Fisci Procurator, & dicta Vniuersitas, scilicet contra Conſti. 4. tit. de violencia, y restituciō de despullats, ibi: Nos, è Officials noſtres no despullen algu, ò alguns de quelque condiciō, ò ſtament ſien, ſens conexena de cauſa, de poſſeſſiō, ò quaix, de aquellas coſas, que ten- gan, ò poſſehescan, ò quaix, é ſi algu, ò alguns contra la dura forma haurem deſpullats, ſian reſtituīts integramente, ſaluant lo dret de la pro- prietat, juncta Conſtitutione 13. ſub tit. de obſeruar Conſtitutions, cum clauſulis omnino irritantibus, & que docet dictus Cancer dicto cap. 3. in fine numeri 126. vers. Quod autem initium) nihil juvari ex dicta poſſeſſione, ſeu quaſi partem aleceram, cum nec poſſeſſio immemorialis juver, ubi appetet de titulo vitioso, inualido, aut iuſto, quia non potuit pŕaſtare cauſam pŕaſcribendi, ad tradita per Parifum conf. 114 num. 8. & 27. lib. 1. Alexand. Rauden. decis. Pifa 9. num. 17. Gas- par Roderi. annuis redditu. lib. 1. quæſt. 14. nu. 8. Couarrub. in cap. poſſeſſor, par. 2. §. 8. num. 4. ad finem de reg. jur. in 6. Bellame. conf. 10. Antonius Gabriel de pŕaſcrip. conclus. 1. nu. 53. Paulus de Castro conf. 423. ex punc̄to transmiſſo, lib. 2. Craueta de antiquit. tempor. num. 2. ſectio. quarta partis principa. num 60. optimè Camillum de Curte in di- uer. jur. feuda. vers. Declarata, num. 129. fol. 75. Decius conf. 13. nu. 2. & conf. 36. num. 5. Menoch. de pŕaſump. lib. 3. pŕaſump. 131. num. 49. Caualca. 1. decis. 46. num. 223. par. 1. Peregrin. de jure Fisci, lib. 6. tit. 8. num. 25. Alexander conf. 113. lib. 1. Achil. Pedro. conf. 36. num. 384. & nouē Pereyra reſponſo 5. Pro Monasterio de Oſſera, ad fin. ubi dicie; quocties de initio, & primi tituli vitio, & iuſtitia appa- ret, eo caſu de titulo ejusque viribus exacte diſcuſſio, & iuſtitia appa- ret in eunda.

146 Neque juvare (prolequitur idem Cancer num. 126.) poſſeſſionem immemorialem, ſive allegatur in vim pŕaſcrip- tionis, ſive in vim Privilegij, & iuſti tituli, & ad ejus probationem, quod ego intelligo, ubi manifeſtè conſtaret titulum il- lum, qui dicitur vitiosus, dediſſe initium poſſeſſioni immemo- riali: puta ſi productus eſſet ab ipſo, qui pŕaedictæ immemoria- li poſſeſſioni innititur: ſecus ſi ab adverſario productus eſſet, &

altera pars eum titulum suum esse negat, nec aliter, id plenè constaret, sed tantum suæ possessioni inniteretur, quod censit, & Molina de Hispan. primog. lib. 2. cap. 6. nu. 73.

147 Censuit juxta hæc Senatus in causa Procuratoris Fis-  
calis, contra Vniversitatem de Torroëlla de Mongri, referente  
doctissimo Antonio Oliba die 28. Novembris 1596. & novis-  
simè in vigilia Sancti Thomæ anni 1602. referente domino  
Hieronymo Astor, in causa Vniuersitatis de Vllddecona, contra  
Commendatorem, dominum dictæ Villæ: *vbi decisum fuit non  
jure possessionem, quamvis antiquam, quam ex titulo vitioso,  
procedere constabat.*

148 Et quamvis tentet Nobilis Adversans allegare non ita  
scrupulosè procedendum esse jure patrio in vim Vlatici, *Omnis  
causa de præscriptionibus*: vbi cauetur, malam fidem non præclu-  
dere viâ præscriptioni, ex traditis per Fontan. 10. 1. decis. 75. n. 16.  
Tamen duo specialissima concurrunt nostro in casu; Primum  
scilicet, quod eadem pars Adversa produxit titulum, pro justificatione  
suæ possessionis longevæ. Secundum, quod intedit pars  
alia auferre dominium, & possessionem jurisdictionis dictæ Vil-  
læ Granatellæ, & Locorum Populæ, & Boheræ à domino no-  
stro Rege, qui intentionem in regalibus à jure fundatam ha-  
bet, omnemque sibi assidentiam, sicuti juris omnem residen-  
tiæ adversans, ideoque de titulo vero, legitimo, justo, & va-  
lido docere debet, *vt domino nostro Regi officere valeat, qui-  
bus concurrentibus, pro certo habemus dictum Vlaticum,*  
*Omnis causa, in presentiarum non habere locum, vt fuit de men-  
te nostri doctissimi Cancerij var. 3. cap. 3. nu. 127. ibi: In Catha-  
lonia, cum mala fides præscriptioni non noceat. Vsat. omnes causa de  
præscriptio. sic statuendum puto, vt in præscriptilibus sine titulo, non  
noceat productio tituli vitiosi, aut injusti, licet constaret, ex eo de ma-  
la fide presribentis, dummodo alias (seclusa mala fide) tribueret cau-  
sam præscribendi, nisi productio fieret à possessore, pro justificatione sua  
possessionis: Nam tunc ex voluntate tacita producentis titulum, esset  
inuestiganda vis, & justitia tituli ad not. per Pereyra vbi supra, &  
hoc etiā, quo ad bonam fidem: cum dictus Vlatic. omnes causa, tali ca-*

75

*su, ut alias diximus non attendatur, cum ad dictas præscriptiones, quæ metas 30. annorū accedunt non se extendat, in illis vero, quæ sine titulo præscribi, non possunt à quocumque fiat productio est examinanda tunc justitia ad nos. per Crauet. de antiquit. tempor. par. 4. nu. 154. cum seqq. & sic sunt intelligenda predicta decisiones.*

149 Nec si ad anteriorē recurrat titulum Nobilis Adversans se poterit tueri dictæ jurisdictionis præscriptione, qui ultra, quod ex supra animadversis titulus ille anterior fuit redactus ad non titulum, tum ob litionem sequutam jurisdictionis, quam habebant antecessores Nobilis Adversantis in dicta Villa Granatella, & Locis Populæ, & Bohera; Tum quia illam amisisse Petrum Moliner illius possessorem ob incursum pœnæ confiscationem, & adjudicationem, factam in favorem Regiae Curiæ, in vim Usatici, Auctoritate, & rogaru, ut abundè supra probavimus num. 27. & 28. & seqq.

150 Rursus si dicti anteriores tituli, vires discutiatur, apparebit dictam jurisdictionem, omni in casu fuisse obpignoratam à domino nostro Rege, vel quasi venditam pacto de re tro dictis Molineras pretio 14000. florenorum, ut probavimus supra ex instrumentis, Regisque Rescriptis deductis num. 17. & 18. cum seqq. quo in casu juxta magis receptam à Senatibus sententiam, non admittitur præscriptio, ut de Senatu Cameræ Imperialis testatur Mynsingherius singul. obserua. centu. 1. cap. 16. & Gail. practic. obseruat. lib. 2. obser. 18. & Doctor Marta in digestis nouissimis tom. 3. tit. de pignor. cap. 4. & tit. de pactis, cap. 42. de Rota Avenionen. Hieronymus à Lauren. decis. 129. de Senatu Neapolita. Ricc. collect. 285. & Ioannes Baptist. Thoro in compens. decis. Neapol. verbo pactum de retrouenden. fol. 375. de Reg. Sicilia Anton. Amato var. resol. 19. num. 6. Aragoniæ Cassanatae conf. 7. num. 14. & Regens Sesse decis. 18. num. 103. & 107.

151 Et licet eruditissimus Fontanella varias super hoc articulo decisiones efformaverit, deducens omnes rationes, quæ contra hanc opinionem objici valerent, concludit tamen in sequendo censuram nostri Senatus pro exclusione præscriptionis decis. 75. num. 11. ibi: *Sed licet tot rationes habeat hæc opinio, ac taliter*

liter ab omnibus recipiatur, à nostro tamen Senatu approbari nūquām potuit, qui semper venditori concedit posse perpetuo rem redimere oblatō pretio; pro ut dicit Cancer magnus in eo practicus in prima parte variar. resol. cap. 13. de emptione, & venditione, num. 51. in addit. & par. 3. cap. 7. de pactis, num. 206. quod & nos attestari possumus sine dubio, quin millies, id obseruari vidimus.

152 Quæ procedunt adhuc in longissimi temporis præscriptione, & quamvis in contextura dicti pacti, non legantur illa verba in multis opponi solita, toties quoties, perpetuo, quandocumque, & similibus perpetuitatem denotantibus; ut in decis. 78. late dixit d. Fontanella, affirmas, quod licet tanta sit vis præscriptio- nis longissimi temporis, quæ omnes actiones perimit, ex l. sicut, l. omnes, l. cum notissimi, Cod. de præscriptio. 30. vel 40. annor. tamen Senatus ab hac non recessit opinione, ut obseruat num. 12. ibi: Verum his non obstantibus Senatus noster præexcellens eandem opinio nem, quā diximus in decis. præcedētibus contra præscriptionem, quando in pacto adsunt verba denotantia perpetuitatem; amplectitur, & sequitur, etiam in isto casu, in quo illa non adsunt, de quo attestatur Cancer particulariter in 3. par. var. resol. cap. 7. de pactis, num. 206. & nos etiam fidem facere possumus, quia nūquām in hoc difficultatem fieri vidimus, & postea nu. 13. dat rationem cur à tanto Senatu id practicetur, quamvis ab alio eam non invenisse fateatur, ibi: Sed quæ sit ratio cur à tam receptissima opinione recedat Senatus, est quod perquiramus, ne sine ratione dicamus causas decidi in Senatu, eam nullus ex nostris tradidit, ut dicebam in dicta præceden. decis. super quest. ibi proposita judico, quod ex verisimile mente contrahentium, ut in eadem præcedenti decis. dicebamus, nullus enim est, qui cù hoc pacto contrahat, qui non existimet illud importare in favore venditoris, reservationem perpetuae facultatis redimendi, & cum in sui favorem pactum apponatur, interpretari illud oportet in ejus etiam commodum, & utilitatem.

153 Nec liberare à prædictis valeret Nobilis Adversans si forsitan allegaret nos in diverso versari casu, videlicet in terminis tertij possessoris, quo in casu à quampluribus Doctoribus limitari prælibata, & signanter per Senatum Lusitan. teste

Georgio

Georgio Cabedo *decis.* 160. *par.* 1. Gabriel Pereyra *decis.* 15. *n.* 8. , quia nec ex hoc felicius evadar; nam patiter oculatissimus noster Senatus tertio possessori simile præscriptionis refugium dene-  
gat, quia pactum de retro afficit rem, ad quemcumque vadat, &  
sic propterea non est intelligendum solum respectu primi ac-  
quirentis, sed & aliorum, etiā quorumcumque ; ut procedit in  
tertio volente impedire restitutionem spolij, qui si rem detinet  
pariter contra eum conceditur actio spolij, Marescot. *variar.* re-  
*sol.* *lib.* 1. *cap.* 59. *num.* 10. & 11. Gabriel *de restit.* *spoliat.* *conclus.* 5.  
*num.* 38. & 73. Thesaur. *decis.* 29. *num.* 1. Rota Roman. penes  
Ludovisi. & ibi Beltramin. *decis.* 542. & ita post varia adducta  
per Fontanel. *decis.* 81. & 82. tradit ita declaratum fuisse per Re-  
gium Senatum *num.* 17. *decis.* 81. ibi: *Arque ita declarauit expres-*  
*sion in causa relata in precedente decis. die 17. Decembris 1596. ad*  
*relatio. Don Ludosici à Paguera, in causa Vicecomitis de Canet, cum*  
*Hieronymo Saturnina de Odenà, ut ibi diximus, ac antea etiam de*  
*anno 1575. in causa Baronie de Verges, in eadem precedenti decis.*  
*memorata; præmaxime, quia pars alia habet causam ab spoliato-*  
*re, ut liquet ex meritis processus.*

154 Explorati pariter iuris est titulum pignoratitium in-  
habilem omnino esse ad præscribendum, etiamsi per mille an-  
nosc res possideatur, l. nec creditores 9. *Cod. de pignorat. action.*  
*Castrensis cons.* 70. *num.* 9. *lib.* 1. *Fachineo cons.* 28. *num.* 39. *lib.* 1.  
Olasch. *decis.* 115. *num.* 15. Grivel. *decis.* 76. *num.* 6. Tiraquel.  
*in tract. de juri const. poss. par.* 2. *ampliatio* 13. *num.* 6. Thesaurus  
*decis.* 105. *num.* 3. Peregrin. *de fideicom artic.* 44. *num.* 4. Antoni. *de*  
*Amat.* *var.* *resol.* *lib.* 1. *resol.* 39. *num.* 81. Covarrub. *in regul.* *cap.*  
*possessor de regulis juris num.* 6. §. 9. *de præscriptio.* *nu.* 2. Fontanella  
*latè in* 2. *de past.* *nuptial.* *claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 15. *ex num.* 52. & *claus.*  
7. *glos.* 3. *par.* 3. *ex num.* 16. *cum seqq.* & *decis.* 91. *nu.* 23. *decis.* 208.  
*num.* 2. & *decis.* 210. *num.* 4. Redenasc. *cons.* 95. *lib.* 1. *num.* 17.  
ideoque cum omni casu dicta iurisdictio, tam Civilis, quam  
Criminalis fuerit per Serenissimum Regem Petrum obpigno-  
rata pretio 14. mille florennorum auri, ut *num.* 17. adnotavi-  
mus sit evidens, ut pars alia fulciri nequeat, præsidio dictæ præ-  
cip-

criptionis quamvis, tam longe sit dictæ jurisdictionis penes eum possessio, ut bene observat t.o.2. decis. noster Fontanel. decis. 435. num. 7. ibi: *Senatus annuens prætensioni primi Castri dominij annullata venditione, seu pro nulla habita, dedit pro constanti durâse pignoris causam, & propterea teneri creditorem illud, soluto, & restituto sibi credito restituere, repellendamque fore, & esse præscriptio-nis exceptionem, eo quod non detur in pignore quantumque longevo, & immemoriali, cum pro debitore, & nomine illius, non suo credi-tor possideat, nec titulus pignoris sit habilis ad transferendum domi-nium.*

**155.** Reassumens postea dictus Fontanella hunc juris articu-lum in decis. 445. & 446. & disputato valde negotio, mate-riam illustrat varijs Senatus decisionibus; quidquid esset antea declaratum, vt colligi licet ex lectura ipsarum decis. pondera-mus tamen ne umbra difficultatis remaneat circa censuram Senatus verba Fontanella relata num. 5. decis. 445. ibi: *Aliam ra-tio nem adfert Rota Romana in recentiorib. decis. 672. num. 6. in 2. par-te, quia pignus non est titulus habiles ad transferendum dominium ac que ita Senatus expressim dicit sententia lata referente egregio Sena-tore Iosepho Dalmati. 7. Ianuarij 1605. inter Don Galcerandum de Foxa, & Don Galcerandum de Paguera, scriba Iacobo Ribes, in qua fuit exclusa centum viginti quinque annorum possessio, & præscrip-tio, ante litem mota decursa, ea quod visum fuit possidisse reum, per dictum tempus, titulo pignoratio, quem ille exhibuerat, pro-ut habes latè in precedentibus decisionibus, quæ sententia licet postea fuerit revocata, ut ibi vidisti, non tamen in hoc capite, & quo ad il-lud, idem agitato valde negotio, declarauit postea Senatus 8. Octo-bris 1620. in favorem Egregij Comitis de Petralata, contra Don Frâ-ciscum de la Nuza, quamvis præscriptio allegata fuisset plusquam ducentorum annorum, ut testatur idem Fontanella decis. 446. n. 6. ibi: *Senatus re discussa in hanc ultimam venit sententiam, atque ita eam pro Egregio Comite tulit die 8. Octobris 1620. Scriba Comellas, ex eisdem motiuis in sententia expressis, quæ supra proxime posuimus pro opinione eiusdem Egregij Comitis.**

**156.** Deinde prætermittere non debemus, quod nos ver-saremur

89

faremūr circa materiam præscriptionis meri imperij, & in Ca-  
thalia merum imperium est in præscriptibile, nec ullo modo  
acquiri valet nisi constituto de legitimo, & vero titulo, ex textu  
in Vlatic. hoc quod juris est sanctorum, qui est pri. sub tit. de  
præscriptio. vbi Marquilles fol. 305. vers. Pœna potestas agit, col. 1.  
¶ 2. Iacobus de Monte Iudaico in fine. Guillermus de Vallesic-  
ca num. 3. Oliba. in Vlatic. Alium namque, de jure Fisci, cap. 6.  
num. 35. Socarrats in commemor. Petri Alberti, in cap. si vero aliqui  
alodiarij, nu. 26. pag. 173. ¶ nu. 27. vbi declarat intelligi de mero  
imperio, ita explicat etiam Cacer var. resol. cap. 2. de jurisdict. om-  
nium judic. num. 126.

157. Nec prædictis obstat posset si forsitan opponeretur  
de Constitu. 2. tit. de prescr. vbi disponitur sufficere possessio-  
nem octuaginta annorum pro præscribendo, qualibet re Re-  
gij patrimonij, & quod tale tempus præberet ex se legitimū  
titulum; quia responderetur prædicta Constitutione non fuisse  
derogatum dispositioni dicti Vlatici, hoc quod juris est sanctorum,  
cum non habeat clausulam derogatoriam, ex l. præcipimus, Cod.  
de appellat. cum, & etiam, quia jurisdictione est de regalibus, l. i. de  
Constitu. Principum, cap. 1. que sunt regalia, in usibus feudor. Et cer-  
tum est in dicta Constit. 2. tit. de prescr. non fuisse comprehen-  
sas regalias, ut punctim observavit Canc. d. lib. 2. cap. 2. nu.  
127. ibi: Que nota ad intellectum Constitutionis secunda, tit. de  
prescriptionibus, ex prædictis siquidem liqueat in dicta Constitu. non  
comprehendi regalias.

158. Idque optimè illa de ratione, quia Regaliæ in Constitu.  
non censetur comprehensa, nisi de illis individualis, & ex-  
pressa fiat mentio, Mieres collat. 11. in Curia Barchinonen. Alphon-  
si IV. in cap. 4. confirmans in vers. Et nota, Oliba de jure fisci, cap.  
14. num. 8. Cancer var. 3. cap. 3. num. 317. ¶ cap. 9. num. 21.  
Fontanella de pactis nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 14. num. 8. ¶ 11.  
Nobilis Regens Cortiada tom. 1. decis. 10. a num. 204. ad 211. fu-  
se Excellentis. Vicecancel. Crespi obser. 1. num. 212.

159. Debebat etiam alias, Nobilis Adversans iustificare,  
ut valeret protegi beneficio præscriptionis in Principis præiu-  
dicium

dicium illius scientiam specificam; quin Officialium ipsius sufficiat, iuxta veriorem opinionem, l. i. ff. de offic. procurator. Cæsar, ibi: Tunc enim transfertur, cum negotium Cæsar gerens consensu ipsius tradit. l. Julianus, §. constat, ff. de legatis 1. ibi: Quoniam commercium eorum, nisi iussu Principis non sit, & est insignis locus Ignæi in l. necessarios, §. non alias, num. 1087. et seqq. ff. ad Senat. Consult. Syllanum, & ita in terminis, de quibus agimus firmat Bartolus in l. i. §. denique, num. 5. ff. de aqua pluia arcen. ubi ad præscriptionē meri, & mixti imperij, requirit scientiam Imperatoris præcisè, & resolvunt Menoch. cons. 1096. nu. 22. Surdus cons. 270. num. 19. et 20. ibi: Scientia autem Principis, non fuit probata, nec ex eo probatur, quod Consiliarij Principis sciuerint esse bannatum, attento quod concederant securitatē; quia respondeo, quod scientia Officialium, non est scientia Principis; & cons. 566. in fine, ibi: Et nunquam fuit admissum, quod etiam Officialis scientia noceat domino, & pro hac veriori opinione tenent Capycius decis. 57. per tot. dicens ita in illo Senatu fuisse decisi. Ioannes Baptista Costa de facti scient. et ignorant. inspect. 72. num. 12. et 13. Rota penes Farinac. tom. 1. decis. 221. num. 6. ibi: Deficiente igitur scientia Papæ Rota dicebat, non posse induci consuetudinem rationabilem legitime præscriptam; et tom. 2. decis. 507. num. 7. et 8. Cabedo decis. 80. num. 11. par. 2. ubi addidit, quod negligentia Officialium Regis, non noceret Regi, alij allegati à Salgado de Regia protect. par. 3. cap. 20. num. 19. Larrea allegat. 93. num. 21. et 22. quod debeat esse certa, & evidens firmavit Excellentissimus Vicecancellarius Crespi obserua. 63. num. 20. Marius Cutellus in Cod. ll. sicularium ad ll. Martini cap. 3. num. 41. et 46. ubi latè, & validissima ratione hanc resolutionem confirmat his verbis. Nempe, quod cum jurisdictione debeat acquiri contra possidentem, Officialis vero inclusò pro Rege non possideant, licet sint in possessione, non potest contra eos præscribi, dum detentionem nudam habent. Possessio vero sit penes Regem l. i. l. certè, §. his qui rogauit, ff. de præcario.

160 In præsenti enim nostro casu, non solum adfuit ignorantia domini nostri Regis, circa usurpationem jurisdictionis, pro ut de jure præsumitur, Gail obseru. 48. post num. 22. vers. Pro-  
batur

batur autem ignorantia, lib. 2. Hondedeo cons. 52. num. 50. et cons. 55. num. 75. ut latè Garcia, Salgado, & alij in terminis jurisdictionis, probat Cutellus dicto discursu, cap. 3. num. 47. Verum expressa, & formalis conqueratio, strictissimè mandando clausulis præcisiōnīs, & irritantibus, de sua certa scientia, & deliberata voluntate; ob præiudicium, eius Patrimonio, & Regio Fisco sequutum, reintegrandum, ac restituendum esse in possessione jurisdictionis spoliatae, pro ut ex varijs examinatis rescriptis, teste processu, de eius certa, & indubitate voluntate plenissimè constat, & consequenter inanè omnino est, dictæ præscriptionis ex adversa oppositum medium.

161 Nec insudare, denique multum debemus circa repul-  
sam possessionis immemorialis, si illam allegare tentet Nobilis Adversans, cum requisita præcisa, & necessaria, hic deficiant,  
quæ concurrere simul debere, docent caput 1. de præscriptionibus,  
lib. 6. et illius glossa in verbo memoria, Molina de Hispan. primogenijs, lib. 2. cap. 6. num. 31. Covarrub. in regula possessio. 2. par. §. 3. nu.  
7. Leo decif. 6. num. 9. Paris. cons. 27. num. 96. lib. 1. Gabriel de præ-  
crip. conclus. 1. num. 81. et seqq. Rota Rom. coram Puteo decif. 12.  
num. 3. & coram Ludovisio decif. 296. cum illius additionator  
Oliverius Beltramini. sub num. 3. & apud Farinacium in posthu-  
mis decif. 502. num. 1. par. 2. Sixtus de regalibus, lib. 1. cap. 5. nu. 155.  
Peregrin. de jure fisci, lib. 6. tit. 8. num. 23. Vrceolus conclus. legal.  
conclus. 148. nu. 331. Fontanella tom. 1. de pactis nupcialibus, claus.  
4. glos. 17. num. 50. et tom. 2. decif. 304. et 337. num. 15. dominus  
Vicecancellarius Crespi par. 1. obseru. 14. et 93. n. 20. Ioannes Vin-  
trigliol. in praxi rerum Ecclesiastica, notabilium tom. 2. et nota. 1. §. 2  
num. 21.

162 Et præcipue repellitur ex illo solo medio, quod im-  
memorialis non potest considerari, constito de principio (propt  
hic in omni casu cōcurrerit teste processu,) l. 1. §. fin. l. 2. §. idem labeo  
air. ff. de aqua pluvia arcen. l. hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quoti-  
diana, et aqua, cap. quippe 3. q. 6. cap. qui per male, cap. super quibusdam,  
§. præterea de verbis signif. Molin. de primogenijs, lib. 2. cap. 6. ex n. 60. et  
n. 64. vers. Sed verior videtur, et addentes ibidem ad n. 70. vers. Cæ-

terum, Castillo tom. 7. controver. cap. 26. num. 40. 42. & 68. Par-  
reja de instrument. editione, tom. 1. tit. 2. resol. 2. num. 56. & 71.  
Avendaño ad l. 41. Tauri, glos. 1. num. 15. & in tract. de censibus,  
cap. 8. num. 18. Don Diego Antonio Fajardo alleg. fiscali, alleg. 1.  
num. 202. alleg. 13. num. 17. & alleg. 14. num. 55. Mieres. de majo-  
ratu. par. 4. quæst. 20. num. 229. Valenzuela conf. 46. num. 14. & 15.  
conf. 93. num. 38. Sesse decis. 394. num. 14. tom. 4. Ludovis. decis.  
467. num. 6. & 7. Rota tom. 1. post tract. Tonduti de præuentio. ju-  
dici. decis. 1. num. 7. latè Salgad. de Reg. protection. par. 1. cap. 1.  
num. 32.

163 Plenè Fontanella decis. 586. n. 2. ibi: *Difficultas est ea que  
maxima, quoquomodo in præsumptione pro qua laboramus, & insudamus, de-  
duci hæc valeat, & ei applicari, ratio dubitadi consistit in hoc, quia sub-  
stantia, & natura, ac essentia immemorialis est tota, ac consistit omnis  
ne sit memoria principijs, nec memoria contraria, ob id enim dicimus, &  
appellamus, eam immemoriam, & in probationibus cogimur probare, non  
esse memoriam in contrarium, ob quod, cu non habeamus principium, nec  
sciamus titulum, propter id, quod debemus vetustati, pro qua est mag-  
na præsumptio tribuimus ei titulum, & cum fingimus auctoritate legis  
præcessisse: & ita fuit de mente Senatus decimum 24. Martij 1661.  
referente Magnifico Ioanne Baptista Pastor, nunc meritissimo  
Regenti in Supremo Consilio Aragonum, in causa Administratorum  
Divi Bernardi, & Divi Augustini Villæ Franchæ,  
ex una, & Administratorum Sancti Lucas ejusdem Villæ, ex al-  
tera partibus.*

164 Ulterius parum opitulari valent Nobili Adversanti  
omnia illa, quæ proponere potest, ad probandum præscriptio-  
nem ex gestis per Vassallos, veluti præstatio homagij, & fideli-  
tatis, admittendo antecessores Adversantis, & eundem, uti do-  
minos jurisdictionis Civilis, & Criminalis, ad quod varia pro-  
duxit instrumenta; quia facilimo negotio fit satis: nam præ-  
scriptionem allegans probare debet Adversarij scientiam, quia  
præscriptio vlla obest ignorantia, nec est æquum præscriptio-  
nem currere, contra illum, qui factum ignorat, cum præscrip-  
tio fundetur in scientia, & negligentia; non potest imputari  
nes.

nescienti, qui æquiparatur impotenti, & non valenti agere,  
*I. quories, §. fin. ff. de seruitu. ubi glos. verbo sciente, Giurb. cons. 19.*  
*num. 64. Castillo de tertij, tom. 7. nu. 45. Salgad. de Regia protect.*  
*par. 3. cap. 10. num. 16. Larrea alleg. fiscal. 15. num. 26. et alleg. 110.*  
*num. 32. Fontanella de pact. nuptia. tom. 1. claus. 4. glos. 17. nu. 61.*  
*et decis. 480. num. 14. par. 2. Postius de manuten. obseru. 40. à nu. 6.*  
*Marius Cutellus in Cod. ll. Sicular. ad ll. Martini, cap. 3. num. 42.*  
*Rota recentior. 62 1. num. 3. et 610. nu. 2. par. 1. & post Cencium*  
*de censibus, decis. 265. num. 6. Puteo decis. 453. à nu. 5. lib. 1. Gra-*  
*tian. discep. foren. cap. 68 1. num. 31. Thomato decis. 44. num. 26. et*  
*seqq. & sic omni casu, vel non currit contra ignorantem, vel*  
*omnino ei debet concedi beneficium restitutionis, Ludovis.*  
*decis. 425. num. 11. & Rota post Cencium de censibus, decis. 158.*  
*num. 12. Postius resol. 139. à num. 13. cum multis seqq.*

165 Quibus hic addenda sunt, omnia que remanent su-  
 pra plenissimè firmata, & stabilita; necnon, quod ex Rescriptis  
 latè supra expensis constat dicta privilegia esse concessa vni-  
 versis, & singulis præsentibus, & futuris de Vniversitate, & sic  
 cum veniant omnes singulares ex proprio jure intrare non va-  
 let præscriptio, Gomez in l. 40. Tauri, num. 90. Anton. Gabriel  
 de præscriptio, concl. 13. lib. 5. Pinellus in authen. nisi triennale, n. 35.  
 Cod. de bonis maternis, Mieres de majorat. par. 4. quest. 2. Molina  
 de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 40. num. 84. Covarrub. in cap. Alma  
 mater, 3. par. relectio. §. 3, in fin. vers. Quartio, et ferè omnes de senten.  
 excom. in 6. Caldas Pereyra in tract. de nomina. emphy. quest. 3.  
 num. 3. ad fin.

166 Si enim pars scivisset, & habuisset Privilegia, Regia  
 Rescripta, & cæteros titulos, noviter adinvētos maxima adhi-  
 bita diligētia, sicuti statim præsentē introduxit lité, pro recupe-  
 ratione suorum iurium: ita pariter fecisset sine dubio multo  
 antea, neque tamdiu procrastinasset petitionem suam, ignorā-  
 do tamen, & non habendo titulos, quibus nunc innittitur, nit  
 hil officit, quod per ipsam gestum est ignoranter, imò semper  
 beneficio restitutionis in integrū succurrēda venit, ut supra dif-  
 fusè expendimus, hæcque facilius admittuntur favore misera-  
 bilium

bilium Vniversitatum, qui tot annis mutantur, & mutari solent illius Administratores, ut in nostris terminis eleganter animadvertisit noster Cancer var. 3. cap. 13. de priuilegijs, num. 122. ibi: Nam præterquam quod allegabam ignorantiam dictæ Vniuersitatis, cum nunquam etiam per tempus immemoriale scientia, neque patientia præsumatur, ubi apparet de injustitia tituli, ut notat Cæphalus conf. 316. num. 30. vol. 3. Canalcano decis. 46. nu. 222. seqq. par. 1. maximè in Vniuersitate, quæ tot annis solet mutari, & sic in ea præsumitur ignorantia, & obseruancia, nihil operatur, ut post Alciatum notat Menoch. lib. 3. præsumptio. 103. nu. 37. in justitia enim, nullitas, & invaliditas titulorū ex adverso in causa productorū pariter hic demonstrata plenissimè manet supra, quo in casu præscriptio vlla, quamvis esset immemorialis nocere valet, & adhuc ultra hæc habemus Nobilem Adversantem primævam acquisitionem dictæ jurisdictionis, exordium, & initium sumere à titulo oppignorationis, seu præcatiæ venditionis, quo stante jam remanet probatum, adhuc per mille annos dominium jurisdictionis non acquiri, imò perpetuo illam imprescriptibilem esse.

**libr. 167.** Ad vberiorem cautelam addimus etiam, quod serè omnia instrumenta per eum exhibita ad suam fulciendam prætensionem, quæ sunt in processu à fol. 95. ad 178. inveniuntur recepta, & clausa per Notarios tantum Apostolicos Regia carentes auctoritate, & in jure certum est similia instrumenta nulla esse, & sic nullum in favorem Adversantis effectum producere valent, nec in judicijs de similibus instrumentis aliqua potest haberi ratio, cū in rebus secularibus, Notarijs tantū Apostolicis, impermissum est recipere instrumenta, juxta DD. placita, Petrus Rebus. in Const. Regias, tom. 1. tit. de litteris obligat. art. 2. glos. 1. Michaël Ferrer in 3. par. obseru. cap. 107. circa finem, Don Ludovic. à Peguera tom. 1. decis. 146. num. 3. in fine, Cancer var. resol. par. 3. cap. 2. nu. 232. Lopus in rub. de donationi. inter virum, & uxorem in introitu, num. 21. & in l. 3. Tauri, num. 40. & 41. Covarrub. practica. qq. cap. 19. in fine, Alvarez Velazq. decis. 9. tota, Afflictis decis. 245. & ibi Cæsar Visil. in additionibus Parladorius

85

rius lib. 2. rerum quotidianar. cap. fin pat. 1. §. 2. num. 9. Nobilis Regens Don Michaël de Cortiada decif. 9. nu. 13. & decif. 13. nu. 60. pluribus ibi laudatis. in 1668. ad. 1669. non obsequi os filii. non  
1680. Et ita fuit formiter declaratum, Regia provisione facta verbo, facta in R. A. i. Septembris 1668. Notario Virgili, in favorem Ioannis Botines, contra Raymundū Ballester pharmacopulam Villæ de Calaff, referente Nobili Don Iosephō Rull, nunc dignissimo in Supremo Aragonū Consilio Regente, ibi: Attento instrumentum pretensum debitoris in vim cuius predicta executio fuit prouisa, factum fuisse legitur die 16. Novembris anni 1667. penes Ioannem Torres Presbyterum, auctoritare Apostolica Notarium publicum Villa de Calaff, & non constat, pro ut de jure requiriatur, dictum Torres habuisse auctoritatem ad instrumenta consciendum, & consequenter liquet, quod scriptura predicta, cuius executio instauratur, non est instrumentum, tanquam non perfectum à Notario non habente auctoritatem, ad illud conscientium, &c.

169. Videbis Nobilis. Adversans vim boni juris hujus partis i. Aprilis 1680. produxit Regiu Privilegiū concessum per Se-renissimū Catholicum Regem Ferdinandū, Michaëlli Moliner Militi, datū Cæsar Augusta 5. Iulij 1479. ubi præsupponit ex narrativa partis, dominus Rex jurisdictionē Civilem penes suppli-cantem esse, & quod principaliter voluit in eo Privilegio dare, & concedere dicto Michaëlli Moliner præmoratus dominus Rex; illud tantum fuit, scilicet jurisdictionem Criminalem Loci de la Granadella, & eius termini, ut ex lectura illius attenue per-pensa, & examinata evidenter liquet, ideoq; dictus posterior titulus nihil detrahit de jure ante acquisitione in favorem dictæ Universitatis, in vim anteriorū Privilegiorum sibi concessorū, nec in aliquo derogari valent ex dicto posteriori Regis Ferdinandi Privilegio, ut ex sequentibus plenissime patet.

170. Primo, quia in iure incompetto est, in primis verba præsuppositiva non probare, nisi constituto de supposito. Postid resol. 17. à num. 64. Salgado de Regia protectio. par. 12. cap. 16. nu. 73. & in labyrintho creditor. par. 3. cap. 1. num. 89. Redenach. cons. 84. num. 5. Franciscus Maria Prato discept. foren. cap. 29. num. 1. Gra-

tian. disceptd. s 13. num. 43. Rota coram Burato decis. 52. num. 7  
 tom. 1. cum multis Bonden. collecta legali 16. nu. 88. taliter, quod  
 non verificato supposito, cessat, & corruit dispositio. Surdus  
 cons. 150. num. 78. & cons. 385. num. 27. Rota apud Rubeum de-  
 cis. 654. num. 51. par. 4. recentior. tom. 3. Bonden. collecta 36. nu. 70.  
 & collecta 50. num. 103. Et pars alia, de tali supposito, & vero,  
 & legitimo titulo acquisitionis jurisdictionis Civilis dicto D.  
 Regi constare non fecit, nec illius specificam mentionem dicti  
 tituli, ut tenebatur, expressit, ideoque cum sint verba emissaria  
 confusa a persona suspecta, & interesse habenti, nihil huic parti  
 circa suum jus radicatum officere valent, ex traditis per Lanca  
 allegatio Fiscal. 60. num. 3. Sesse decis. 113. num. 23. & 24. lib. 2.  
 Castillo de tertij, cap. 6. num. 4. & 5. Cabedo de patron. Regio. Co-  
 ron cap. 30. à num. 6. ad 10. Menoch. cons. 100. à num. 18. Ge-  
 nua de verbis enunciatis, lib. 2. quest. 4. num. 9. vers. Dubitatur  
 primo. Ramon cons. 73. num. 22 1. Farinac. in praxi par. 2. quest.  
 63. num. 157. Capycio Latro decis. 83. num. 1. Malca do de pro-  
 bationibus, conclus. 1228. à num. 52. Beltramin. ad Ludovit. dec. s.  
 239. litter. B. præmaxime, cum agamus non de modico, sed gra-  
 vi præjudicio, nec non de considerabilissimo interesse, quolin-  
 gatu dicta verba noctumentum inferre non valent. dicta. Uni-  
 versitati, Afflictis decis. 305. n. 15. Mascardus de probat. concl. 1132.  
 num. 164. Farinac. in praxi, par. 2. quest. 63. num. 149. Rossental de  
 feudis, eit. de causis ex quibus seculum continet. cap. 10. conclus. 11m. 8.  
 & seqq. latè Paleja pluribus ibi laudatis de instrumento. editione,  
 et. 7. resol. 9. num. 38.

VII. Dominus enim Rex sua innata clemensia, in omni-  
 bus suis Regijs Rescriptis illius mens, & voluntas illa semper est,  
 ea scilicet concedere, absque terrij, & juris acquisitioni præjudicio,  
 l. 2. §. si quis a Principe, §. nequid in loco publico, § rescripta 7. Cod. de  
 precibus Imperator offerendis, Don Ioannes Baptista Larrea allegat.  
 Gil. num. 5. Mastrol. de Magist. lib. 5. cap. 6. n. 223. Valenz. Velazq.  
 cons. 69. à num. 102. & cons. 59. num. 4. cum seqq. Solorzanus de  
 iure Indiano tom. 2. lib. 2. cap. 9. num. 40. Gomez in regula de non tol-  
 lendo jure queso, quest. 1. vers. 28. & 43. Menoch. lib. 2. presump.  
 9. nu. 10.

9. num. 10. Redenach. conf. 1. num. 12 i. Fontanella decis. 263. à  
num. 11. et decis. 141. num. 16. Cancer var. 3. cap. 3. de privilegijs.  
num. 75. 76. & 77. & ita fuit declaratum in Senatu, referente  
Magnifico Michaëlle de Calderò, in favorem Conf.atriæ Sar-  
torum præsentis Civitatis, cōtra Confratram Palleriorum eius-  
dem Civitatis, quæ extitit confirmata in gradu supplicationis  
per Nobilem Don Michaëllem de Cortiada, & expressius ad  
intentum adest decisio Regiæ sententia latæ referente Magnifi-  
co Joanne Bapista Pastor, nunc dignissimo in Supremo Ara-  
gonum Consilio Regente, die 3. Aprilis 1666. in favorem  
Nobilis Emerentianæ de Corbera, & de Monsuar viduæ, con-  
tra Consiliarios, & Syndicū Civitatis Barcinon. ibi: Cum de iu-  
re non præsumatur Principem per suum Privilegium, etiam ex causa  
onerosa concessum inferre præjudicium juri tertij quæsitio.

172. Hic repetendum est præcisè, quod dicta Vniuersitas  
habet diversa Privilegia, & Rescripta, quibus liquet, quod suis  
pecunijs emit jurisdictionem Criminalem omnimodam, pro  
domino nostro Rege, liberando, eam à nexu pignoris, quod su-  
per ea habebant dicti Moliners, cum Privilegio vñionis, & in-  
corporationis Regiæ Coronæ juramento vallato, ea lege ex-  
pressa, & pacto, quod ipso jure, & ipso facto, per eundem domi-  
num Regem irritantur, omnia, quæ fierent in præjudicium præ-  
dictorum: Et ex alia parte, etiam pariter constat, jurisdictionem  
Civilē fareri dominum Regem, emptam esse per dictā Vni-  
uersitatem suis pecunijs à Ioanne Pinyol illius domino, & pos-  
sessore, & quod pro obseruantia incorporationis Regiæ Coronæ,  
una cum alijs Capitulis juratis, & firmatis per dictum dominū  
Regem Alphonsum, & Serenissimam Reginam Mariam, fate-  
tur recipisse à dicta Vniveritate octingentos florennos aut  
Aragonum, ut hæc omnia suprà extensiùs sunt ponderata.

173. Quibus præmissis concluditur, per posterius Re-  
gis Ferdinandi Privilegium, non fuisse derogatum prioribus Pri-  
vilegijs dictæ Vniversitati elargitis, nam Privilegia posteriora,  
prioribus derogare non valent, imò Principis Privilegia semper  
servanda sunt, in suoque robore, & firmitate permanere debent,

cum

cum Princeps ex Privilegio, seu concessionibus, & si suis subditi factis, remanet efficaciter obligatus, textus in cap. i. & ibi D.D. de probationibus, & in cap. i. de natura successio. feudi, Augustinus Barbosa dict. cap. i. de proba num. 4. Petra de potestate Principis, cap. 2. i. Tiber. Decian. conf. 25. num. 1. à num. 73. Valenzuel. conf. 2. num. 51. Ramon conf. 24. num. 81. in fine, Diana resol. moral. tract. de legibus, resol. 6. A zor institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 11. nu. 1. Sesse decis. 79. à num. 11. & decis. 187. Castillo Sotomayor de terrijs, cap. 18. à num. 1. Andreolo controuer. 298. num. 14. in fine, & controuer. 408. num. 2. cum seqq. Marinis variar. resol. juris, par. 2. alleg. 56 n. 3. Redenasc. conf. 74. n. 95. ibi: Quocirca licet Princeps legibus solitus sit, tamen si contrahat tenetur non alia ratione, nisi ut illi non interdicatur commercium, & exul ab omnibus fiat, quo omnium Praesul est, ut scripsit Baldus in l. Princeps ad fin. ff. de legibus, & responderunt Rom. in conf. 352. nu. 24. & seq. Sotus Respon. 1. nu. 149. tom. 1. lib. 1. & post hos, & alios latè Malues. in conf. 1. num. 18. dsd 174 Quæ habent locum, nedium quo ad Privilegia per ipsummet Princepem concessa, yetum etiam, quo ad concessa à suis antecessoribus (provt est calus noster) Cravet. conf. 95. nu. 7. Olaschus decis. 139. nu. 11. Bursat. conf. 16. num. 46. pluribus relatis, vol. 1. Menoch. conf. 1. num. 228. & 424. Deciano conf. 25. à num. 42. Peregrin. de jure fisci. lib. 1. tit. 8. num. 62. Marinis par. 2. alleg. 56. num. 4. Petra de potestate Principis, quæst. 32. à num. 279. Maximè si juramentum intervenierit, quia licet non transcat ad successores, quo ad teatum perjurij, benè tamen, quoad concernientia firmitatem, & robur contractus, cap. veritatis, de jure jurando, ubi Canonista, Authenti. sacramenta puberum, Cod. si aduersus venditionem, ubi & legista terminanter, Rodericus Suarez alleg. 9. nu. 12. Gutierrez de juramento confirmato. 3. par. 5. 34. n. 20. Nobilis Ioannes de Balboa ad tit. de jure jurand. cap. 13. Sperello decis. 99. num. 62. Bonden. collect. legal. 28. à num. 125. Afflictis decis. 481. Burato decis. 564. num. 3. Capyc. Latro decis. 115. num. 22. & 29. Olea de ces. jur. quæst. 11. in miscella. nu. 22. & 24. Donadeus de renuntia. cap. 8. num. 36.

175 Hæc theorica facilius procedit jure Canonico, quod prius

prius attendendum est , quam jus Civile in nostro Principatu Cathaloniæ, ut cum decis. Senatus docet noster Cancer var. resol.lib.1.cap.8.num.39. & par.2.cap.8. num.65. & ita tradunt Baldus in l.1. Cod. operis liberio. Romanus in l. si quis major. Cod de transact. Covarrubias in rubri. de pactis, prima pars. §.2.num.4. Sartmēto lib.1. selecta. cap.3. Mendoza lib.1. de pactis, cap.4. nu. 16. Don Ferdinandus Arias de Mesa lib.3.cap. vlt. à nu. 13. Ioannes Bap-  
tista Ciatlin. controv. 137.num.13.

176 Quamvis aliqui Doctores censeant contrarium, di-  
cendo , quod Princeps concedendo Privilegium, non censetur  
derogare suæ facultati, vt ab eo Privilegio possit alios eximere,  
& sic venire, contra tale Privilegium , cum talis facultas censea-  
tur per Principem reservata sibi in supremæ potestatis, & supe-  
rioritatis signum, cum talis reservatio sit de regalibus, per textū  
*in cap. veniens post medium de prescriptionibus, & in cap. cum olim*  
*codem titu. attamen illi , loquuntur in terminis juris commu-*  
*nis ; Atvero in Cathalonia cautum est dominum Regem*  
*non posse Pri vilegia revocare, nec quidquam contra illa facere,*  
*Usatic. Quoniam per iniquum, qui est primus, sub tit.de Guiartges, Gui-*  
*llermus de Vallesicca nu.4. Marquilles in vers. quæ secundum Ia-*  
*cobum, fol. 178. pag. 1. Iacobus Calicius in extragrauatorio Curia.*  
*cap.7.num.5.1. ad finem, & in Margarita fisci, rub. 8. à num.2. us-*  
*que ad 5. Iosephus Ramon cons. 24.num.24. Cancer var.3.cap.3.*  
*de privileg. num. 152.*

177 Ea optima de ratione , quia in Cathalonia omnia  
Privilegia Regia transeunt in contractum virtute juramenti, quo  
omnes Reges ingressu sui regiminis, jurant servare Privilegia,  
ab ipsisque confirmantur in Curijs Generalibus, cū stipulatione  
Notarij , & juramento, vt tradunt nostri supracitati , & Fonta-  
nella de pactis nuptia. claus.4.glos. 10.par.2.num.36.

178 Cum his convenit dominus Vicecancellarius Cres-  
pi obseru. 1.n.2 § 8. ibi: Videndum igitur est, an ex hoc juramento fiant  
irrevocabilia omnia, quæ in illo comprehenduntur, id est, non solum Fori,  
sed Privilegia, sed Pragmaticæ, sed Consuetudines. Et practici no-  
stri Aragonenses, & Cathalaunici affirmant irrevocabilia fieri  
fallaci

Z. quia

quia (loquentes de Privilegijs) inquiunt eodem modo, quo fori, cætera in contractū transire. Quia à Notario stipulantur, & jurisjurandi Religioso vinculo à Regibus muniuntur, ita ex Aragonensibus Molinus verbo *Privilegium* num. 2. & verbo *Fori*, fol. 165. Sesse decis. 74. num. 44. tom. 1. Suelves conf. 9. num. 28. prima part. alios referens. Et ex Gotholanis Oliba in *Usat.* Alium nāque, cap. 4. num. 34. & cap. 9. num. 7. de jure fisci, Cancer var. resol. lib. 3. cap. 3. num. 150. Fontanella de pactis nuptia. claus. 4. glos. 5. num. 27. Ramon conf. 24. num. 74. & 75. alios etiam citans.

179 Quod eleganter prosequitur postea idem Crespi d. obseru. 1. num. 269. & 270. (quidquid tradat circa pragmaticas sanctiones à num. 271. & seqq.) ibi: *Mihi magis placet contraria sententia, & probabilius, & rērior videtur, & foros omnes etiā conditos à Iacobo Primo extra Curias, Consuetudines scriptas, Privilegia, libertates, & immunitates fieri irrevocabilia, licet alias ex sua natura revocari possent dupli fundamento, primo ab intrinseco, quia magis consentaneum est Regni, & Regis intentioni, promiscuaque bona fidei in juramento, & contractu obseruandis, id enim fuit principaliiter actum, petitum, supplicatum, & concessum in dictis Privilegijs, & Foris, & in substantia conuentum; Secundo ab extrinseco, quia cum practici Aragonenses, & Cathalaunici conformes affirmant ratione juramenti fieri irrevocabilia, idque in Regno Aragonum, & Principatus Cathalonia receptum sit, &c. intelligo in nostro Valentiae Regno eodem centu à Regibus nostris fieri juramentum eundem que effectum, & stabilitatem sortiri, &c.*

180 Quando vero Privilegium, mediante pecunia concessum est, (pro ut fuere nostrum, ut supra diximus) Doctores omnes aiunt, transire tunc in vim contractus, ut nec de iure Communi revocari valeant, ut notat Baldus in *L* qui se patris, Cod. unde liberi. Felinus in cap. nouit. de iudic. Baldus per textum in cap. 11. de natura feudo. & in cap. 1. de probatio. Celsus Hugo conf. 16. num. 2. & 4. Afflictis decis. 282. Petra in tractat: de potestate Principis, cap. 24. num. 243. Suarez allegat. 9. num. 5. Cancer variar. 3. cap. 3. num. 153. Fontanel. de pactis nuptialib. claus. 4. glos. 10. par. 2. num. 89. 90. & 91. Mestril. decis. 96. à num. 8. Belluga in specul. Princip. rub. 9. num. 27.

Noster

181 Noster Regius Senatus ita expressè dixit 26. Aprillis 1677. referente Magnifico Ioanne Colomer, in favorem Syndici Civitatis Vici, contra Syndicū Castri, & Terminī de Tona, ibi: *Tum etiam, quia Privilegium primum in contractum redactum, revocatione minimè sub, aceat, quod & dixit antea alia Regia sententia lata 11. Octobris 1638. in favorem Syndici Civitatis Vici, contra Syndicos Civitatis Barcinone, & Villæ de Matarò, ibi: Tum quia Privilegia in contractū redacta nequeunt revocari.*

182 Quod Privilegium enim primum, per posterius, nō derogetur, dixit Senatus geminatis vicibus, quando de eo oppositum fuit, ut docet, & tradit Fontanella de pæctis nuptial. claus. 3. glos. 2. num. 8. ubi loquendo de exemptione, quæ competit Civibus Barchinone solutionis juris lezdæ, & alia cum impositionum per totam terram, & dominationem domini nostri Regis, in vim Privilegij Regis Iacobi primi, impartiti Civitati, & Civibus Barchinone pridie Idus Aprillis 1232. sic ait dictus Fontanella, ibi: *Hac rāmen immunitate, (ut hoc, quod forsan aliquando non paenitebit, scilicet non ignores) non viciuntur Ciues Barchinone in Castro de Ascò, & eius Terminis, quod, & qui sunt Commendatoris dicti Castri, & Ville Ordinis Militiae Hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, quo ad ius lezdæ, quod ibi colligitur ex eo, quod habent antiquius Privilegium nostris, concedens ius exigendi lezdam, etiam à Ciubus Barchinone, quod dicitur concessum per Serenissimum Regem Petrum, datum Illerdæ 10. Kalendas Octobris 1210. pro ut in contradictio iudicio fuit per Senatum declaratum die 28. Aprillis 1596. referente Francisco Vitali Descamps, Egregio tunc Regiae Audientie Doctore, postea vero in eandem Regiam Cancellariam Regente, in causa Commendatoris dictæ Commandæ de Ascò, contra Consiliarios, & Syndicū Civitatis Barchinone, nec ambigendum est, priuilegia concessa Civitati Barchinone, admixtam habere seruitiorum, & meritorii causam, ut ex illorum contextura conuincitur; & dixit etiā dictus Fontanella decis. 457. nu. 13. in fine, ibi: *Quæ enim fuit prior, & potior in seruitijs, quid mirū eam fore priorē, ac potiorem in beneficijs.**

183 Ut omnis abstergatur nebula circa hanc decisionem recurrentum est, ad ea, quæ postea observabit dictus Fontanella

in decis. 455. recedens à dictis in antecedenti loco, quatenus af-  
firmavit, quod nihil mirum, quod subcubuisset Civitas Barchi-  
none, quia legebatur in dicto Privilegio Castri de Ascò, expre-  
sè clausula, quod ius lezdæ exigi posset etiam à Civibus Bar-  
chinonæ, quod non fuit ita, nec talis clausula in præfato Privile-  
gio aderat, ut attestatur de illius lectura dictus Fontanella, sed  
tantum obtinuit dictus Commendator, quia suum Privilegiū  
erat anterius Regio Privilegio Civitati Barchinone, illiusq; Ci-  
vibus elargito, ideoque non potuit per posterius revocari in  
præiudicium juris jam quæsiti dicto Comendatori, ut notat in  
dicta decis. 455. num. 21. vers. Et ne concubaret, &c. & ibi: Sed  
prædictis non obstantibus, Senatus declarauit in dicta causa de Ascò  
cum Civitate, ut vidisti ibi.

184. Alia fuit etiam decisio in causa valde disceptata in  
Regio Senatu, inter Alcaldes Sicce Regiae ex una, & D. Ioan-  
nem de Clariana, & alios, partibus ex altera, de qua meminit  
Fontanella decis. 455. in fin. num. 21. ibi: Et non solum in dicto ca-  
su Senatus id censuit, quod diximus, sed & in alio etiam per pulchro.  
Ecce, quod in hac alma Urbe est quoddam genus hominum moneta-  
riorum, quos Alcaldes Sicce Regiae dicimus, qui sunt multis, &  
varijs Privilegijs à Serenissimis Regibus nostris concessis condecorati. Hi  
prætenderunt, aliquando se esse immunes, & exemptos à solutione ju-  
ris Barchæ, quod exigitur in flumine Lupricati in Barcha dicta sancti  
Andree, ad quod ostendebant attuera Privilégia, immunitatum, &  
exemptionum à similibus. Fuit eis oppositum de posteritate suorum  
Privilegiorum, erant enim antiquiora multò Privilégia dominorum  
Barchæ: Ex hoc subcubuerunt in Senatu Alcaldi, dicendo expressum,  
quia Privilégium exemptionis erat posterius, & ideo non potuerat præ-  
iudicare juri multò anteà, quæsito, & censetur (inquit) concessum sine  
præiudicio juris alieni. Relator, & Conrelator erant Vilana, & Sala.  
Partes Don Joan de Clariana, & alii, contra Alcaldos Sicce Regiae.  
Dies conclusionis 18. Septembbris 1572.

185. Elegans est ad propositum, alia decisio desumpta ex  
Regia sententia lata referente Magnifico Michaëlle Carreras,  
in favorem Civitatis Vici, contra Civitatem Barchinone, &  
Villam

96

Villam de Matarò, sub die 11. Octobris 1638. ibi: *Quod quidē  
Priuilegium dicti Serenissimi Regis Ioannis, ex eo, quod prius, et tri-  
ginta uno annis, ante concessum, quam Priuilegium dictæ Villæ de  
Matarò non fuit illud derogatum, præsertim cum in secundo Priuile-  
gio nulla est facta mentio de primo, et in eo non reperitur clausula ali-  
qua derogatoria, cum quia priuilegia posteriora, non derogant priora.*

186 Recentissimè idem declaravit Senatus referente Ma-  
gnifico Ioanne Colomer, Regio Senatore meritissimo, in favo-  
rem Syndici Civitatis Vici, contra Syndicum Castri, & Ter-  
mini de Tona, Regia sententia lata 26. Aprilis 1677. ibi: *Ex qui-  
bus constat de obseruancia Regij Priuilegiij, quod non potest dici dero-  
gatum per supradictum Regium Priuilegium, concessum dictis Castro,  
et Termino de Tona, cum Priuilegium Ciuitati Vici concessum fuerit  
plusquam septem annis prius concessum, quam concessum dictis Castro,  
et Termino de Tona, et sic certum Priuilegium primum, per posterius  
non derogari, quoties in eo expressa clausula derogatoria non est appo-  
sita, cu in dubio non presumatur Principem juri tertij prajudicare vo-  
luisse, et in dicto Priuilegio concessso, dictis Castro, et Termino de To-  
na, clausula derogatoria Priuilegiij concessi dictæ Ciuitati Vici non sit  
scripta.*

187 Quia in viam iuris, secunda concessio, semper reputa-  
tur nulla, & invalida, prætermissa expressione primæ, ut asserit  
Curtius in l. hæres, in princip. num. 19. ff. de judicijs. Gozadin. consil.  
14. nu. 13. in fine, Alciatus de præscriptionibus, regula 3. præsumpt.  
11. Decius consil. 86. num. 7: Hinc docent DD. quod si Princeps  
certior factus non sit concessionis, & Privilegiij antiqui; præsu-  
mitur novum in contrarium non fecisset, text. in cap. ex parte 1.  
de officio, et potestate Iudicis delegati, cap. super, eodem Felinus  
cap. ex tenore, vers. Sexto limita, et in cap. ad Audientiam 2. num.  
22. de rescriptis, Covarrub. lib. 1. variar. resolut. cap. 20. optimè Al-  
varez Velazq. consulta. 72. num. 7. Mascalodus de probat. vol. 2. con-  
clus. 846. num. 11. et 7. Menoch. de arbitrijs, casu 201. num. 22. et  
24. Petra de potestate Principis, cap. 32. dubita. 2. num. 79.

188 Ideoque, ut credatur Principem juri quæsito ex anti-  
quiori Privilegio voluisse præjudicare per posterius Privilegiū,

est omnino necessarium, quod de antiquiori sit facta specifica mentio, alias non potest dici, quod constet de mente, & deliberata voluntate Principis, ut est textus inevitabilis in cap. dudū 31. de Priuilegijs, & expressit Cancer var. 3. cap. 3. num. 102. ibi : *Vnum hoc circa predicta tacitum non prætermittam Principem in dubio non censeri voluisse prædicare juri tertij.* & ut intelligatur voluisse ei præjudicare necesse esse, ut appareat de eo fuisse certificatum, vel de eo fuerit facta mentio.

189 Quæ ad intentum desiderari valent circa exornationem præmissorum, per doctè prosequitur insignis Doctor Fontanella decis. 455. nu. 22. ibi : *Sed quæ ratio maximè respectu Ciuitatis, quæ videtur habere Priuilegia, tam ampla ut vidimus? optimo iudicio aliorum.* Non enim visum sufficere verba eorum Priuilegiorum, ut Regē voluisse præjudicare juri tertij, præsumere debeamus, cum regulariter, & in dubio noluisse sic dicendum, l. 2. §. si quid à Principe, ff nequid in loco pub. glas. in cap. cum olim verb. sine præjudicio de consuetudi. Cancer noster in 3. par. verbo resol. cap. 3. de Priuilegijs. num. 102. ubi reterius quod ut intelligatur voluisse præjudicare, necesse est apparere de eo fuisse certificatum, vel de eo fuerit facta mentio, latissimè plusquam alij nouissimè Sotoma. de tertij, cap. 26. ex num. 9. ubi pulchra in ornatum, & comprobationem istorum. Ec. in terminis Iohannes Gutierrez Canon. quæst. l. b. 2. cap. 21. num. 126. & Don Ioann. del Castil. Sotoma de tertij. cap. 26. nu. 24. ubi quod Priuilegium, alij conuissum quo eximitur à solutione decimarum ex fructibus noualium, intelligendum est de his noualibus, in quibus alter non habebat tempore priuilegijs, quasi possessionem juris percipiendi decimas, ne illi fiat prejudicium, prater concedentis intentionem, de quo est rexus expressus, & clarus, in cap. dudū 31. de Priu. ubi quod nisi fiat expressa mentio de priori Priuilegio, & possessione tertij, non censeretur illi prejudicatum. Non secus ergo in casu nostro dicendum, non intellexisse Regem, quando expresse non dixit de vectigalibus, & tributis, quæ alius solebat exigere, & erat in ea possessione, ne ei prejudicium fiat. En rationem predictarum declarationum, ne aliquando dicas sententiam sine ea motum. Acque ideo in illis causis Ciuitatis Dertusæ, cum Ciuitate Barchinone, de quibus capimus agere in prima decis. 262. & prose-

95

prosequuti sumus, cum aliquibus sequentibus semper vidi Senatum, quantum potuit effugisse, ne concederet impositiones Dertus & fuisse concessas in carta populationis, quae sine dubio erat multo anterior privilegijs Barchinone, sed in alijs Privilegijs posterioribus, quae ad id deinde dicebatur Ciuitatem impetrasse, ut Barchinonæ immunitatem in suis Privilegijs ei concessam adjudicare posset.

190

Et quamvis allegaret Nobilis Adversans non esse necessarium id exprimere Principem, quia ignorantia in eo non presumitur cum censeatur habere omnia jura, Privilegia, & concessiones in scrinio pectoris sui, nihil nobis obesset, quia dicta theorica tantum procedit, quo ad Privilegia clausa in corpore juris, non vero quo ad Privilegia specialia, & particularia, in his enim in Principe presumitur ignorantia textus valde notandus, & summa observatione dignissimus ad institutum, nostrum videlicet, in cap. licet de Constitutione in 6. cuius haec sunt verba: *Licet Romanus Pontifex (quies jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere) Constitutionem concendo posteriorem, priorem, (quamvis de ipsa mentionem non faciat) reuocare noscatur, quia tamen Locorum specialium, & personarum singularium, consuetudines, & statuta (cum sint facti, &) in facto consistant (potest probabiliter ignorare ipsis (cum tamen sint rationabilia) per Constitutionem a se nouiter editam (nisi expressè caueatur in ipsis) non intelligitur in aliquo derogare; & ita docent expressè Petrus Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimonio, par. 1. num. 7. Augustinus Barbosa in cap. 1. de Constit. lib. 6. decretal. n. 8. Tiraquellus de Nobilitate. cap. 8. num. 41. & cap. 3 1. num. 537. Velazquez cons. 5 1. num. 6. Gonzal. ad Regul. 8. Cancella. §. 4. proem. num. 85. Mieres in Constitut. Hac nostra, tie. solut. matrim. num. 9. & 10.*

191

Ex quibus ergo sit, quod cum Privilegium Serenissimi Regis Ferdinandi sit valde posterior, nostro, neque in eo fiat specialis intentio, & expressio eiusdem, quod nullo modo fuit mens dicti Principis jus nostrum tollere, nec dicto anteriori Privilegio derogare, ut affirmant DD. relati per Episcopum Fermosinum ad cap. 3. litteris, de fide instrumento. quæst. 3. a num. 3. Don Ioann. Solorzano de jure Indiar. lib. 2. cap. 8. num. 57. Nobillem

lem Regentem Don Ludovicum de Exea & Talayero in dis-  
cuso Historico Iuridico super instauratione Sanctæ Ecclesiæ  
Cesaraugustanæ, fol. 305. à num. 13. cum multis seqq.

192. Alio etiam juris fulcro stabilitur prælibata Theori-  
ca, quo enervatur, pætensio ex adverso, quam resultare in sui  
favorem, intendit ex dicto Privilegio Regis Ferdinandi, quia  
juxta nostrum jus Municipale, in omnem eventum dictum Pri-  
vilegium esset incompatibile, & contra Privilegium nostrum,  
& carta contra cartam jure patrio non tenet, juxta Constitu-  
t. 3. sub tit. si contra dret, y utilitat pub. vt tradunt ferè omnes pra-  
etici nostri Mieres collat. 4. in Curia 2. Barcinon. Iacobi 2. de inter-  
pretatione juris Patriæ, Ramon conf. 24. nu. 95. Celsus Hugo conf.  
16 num. 17. Cancer variar. resol. cap. 3. num. 215. Fontanella de  
pactis nuptia. claus. 4. par. 2. num. 31.

193. Subjecit pariter dictum Privilegium posterius Re-  
gis Ferdinandi, vitio obreptionis, & subreptionis, cum fuit im-  
petratum tacendo domino nostro Regi Privilegia anteriora, tā  
incorporationis, quam alia præmorata supra huic Parti elargi-  
ta: quo in casu minimè inferri valent nostri Vniversitati pie-  
judicium, nec subsistit similis gratia, & impetratio ex defectu  
voluntatis domini nostri Regis, qui si hæc ipsi non subpressa,  
sed denunciata forent, illorumque certior esset, absque dubio  
eam non concessisset, vt docent Doctores in subjecta materia  
Velazq. consulo. num. 7. tom. 1. Menochius de arbitr. casu 202.  
num. 22. Covarrubias lib. 1. var. resol. cap. ultim. Larrea alleg. 91.  
Valenz. conf. 69 num. 131. & conf. 74. num. 66. Don Diego An-  
tonio Fajardo alleg. fisc. par. 2. alleg. 48. à num. 179. Don Ioannes  
Solorzano de jure Indiarum, lib. 2. cap. 8 n. 55. 56. & seqq. Amaya  
in Cod pag. 335. à n. 56. tit. 28. de collat. donator. Merlin. 10, 2. contr.  
cap. 86. & 87. Nobilis Regens Don Laurentius Matheu de re-  
gimine Regni Valentia tom. 1. cap. 4. §. 7. Quesada, & Pilo differt. 18.  
à num. 91. Capycius Latro consult. 12 nu. 27. Altogrado conf. 28.  
à num. 17. Nobilis Regens Exea in dicto discursu, fol. 321. nu. 554.  
Cyriacus Niger controu. tom. 4. controu. 696. à num. 1. plenè vi-  
dendus novissimè Fagnanus in cap. super litteris, num. 5. & seqq.  
de

de rescriptis, Rota apud Rubeum par. 5. recentior. tom. 2. decis.

496. à num. 1. & decis. 94. num. 60. par. 7.

194. Negari similiter nequit, quod in nostro Privilegio fuit promissum, pactatum, & juratum per dominum Regem, de non alienando dictam jurisdictionem quacumque causa, titulo, jure, vel ratione, directè, vel indirectè, fatendo se de jure suo, plenariè informatum, annullando ipso jure, & nunc protunc in contrarium factum, sibi adjecta, in calu contraventionis, à die notitiae exhibiti Privilegijs, pœna illa, quod si ex tunc intra quindecim dies computandos; à die petitionis, seu supplicationis, vna cum productione dicti Privilegij non revocaverit, sit statim perpetuò, & irrevocabiliter dicta jurisdictione Criminalis, & Civilis acquisita Civitati Barchinonæ, & illius Consiliarijs, cum qua possit dicta Universitas facere, capitula, & pacta sibi benevisa, specialiter hypothecando pro obseruantia contentorum eandemmet jurisdictionem, relaxando nunc, protunc illius possessionem; quibus attentis, licet regulariter fateantur Doctores promissionem, & si jurata in de non alienando in Privilegijs incorporationum expressam non impedire translationem dominij, sed tantum Principem alienantem teneri ad interesse, Peregrinus de fidicom. artic. 5. i. num. 72. & consil. 102. à num. 7. lib. 3. Surdus conf. 399. tota, tom. 3. Molina de Hispanor. primogenijs, lib. 1. cap. 12. num. 30. & abundè ibi addentes Amato resol. 12. num. 5. Vincentius de Franchis decis. 333. Magonijs decis. 102. Fussarius de substitutio. quæst. 674. à num. 1. Giurba decis. 79. num. 31. Merlino de pignoribus, & hypotecis, lib. 4. tit. 5. quæst. 140. Fontanella de partibus claus. 4. glos. 25 num. 56. Rota apud Rubeum decis. 284. num. 39. recentiorum, part. 6. Hermosilla ad Gregorium Lopez tom. 2. pag. 207. num. 1.

195. Limitant tamen dictam Theoricam, si adest specialis hypotheca, ex l. si creditor 7. §. fin ff. distractione pignorum, Natta conf. 589. tom. 3. num. 3. cum sequent. Peregrinus de fidicommissis, artic. 5. i. num. 77. Mantica de tacitis. & ambiguis,

B b lib.

lib. 4. tit. 30. n. 14. Surdo cons. 399. n. 4. tom. 3. Fusarius de substitutio. quæst. 674. num. 13. Cevallos communes contra communes, quæst. 672. Fontanella de pactis nuptialibus, tom. 1. claus. 4. glof. 25. num. 60. latè Hermosilla ad Greg. Lopez tom. 2. pag. mihi 361. num. 2.

196 Quamvis, his oppressus, confugiat Adversans dicens, concessionem factam per Serenissimum Regem Ferdinandum Meri imperij, jurisdictionisque omnimodè Criminalis cum omni gladij potestate in favorem Michaëllis Moliner, factam fuisse ex causa remunerationis servitiorum, quo casu posse dominum Regem alienare bona Regiae Coronæ, cum Privilegio de non separando incorporata, & sic ex hac causa revocare Privilegia, & alteri concedere (licet contrariū virgentissimis rationibus, & copiosissima Doctorum allegatione sentiant Ferdinandus Vasquius à Mencha. controuer. illastrium, lib. 1. in prefat. num. 26. 30. et 31. et in cap. 3. evidendus, num. 8. cap. 4. num. 4. cum alijs, cap. 5. à num. 2. et lib. 2. cap. 64. num. 37. Petra in tractatu de potestate Principis, cap. 35. quæst. 5. num. 57. pag. 197.) tamen istud dumtaxat procedere, vbi Princeps aliundè non haberet facultatem remunerandi, nisi jus quæsitum tertio auferendo, & sic obtinet in subsidium, quando Princeps de alijs bonis, vel de juribus suis, vel alio modo remunerare non potest servitia, sibi praestata, seu Coronæ Regiae: ut eruditè declarant, & intelligunt ferè omnes scribentes sub sedere hujus distinctionis, terminando, tam in gentem quæstionem, vt apud sequentes videre est, Tiraquellius in l. si unquam in verbo donatione largitus, num. 43. de reuoc. donat. Petra de potestate Principis, cap. 32. quæst. 7. Ioannes Garcia in tract. de donation. remuner. num. 41. et 42. Gratus consil. 147. num. 23. lib. 2. Maisl. in rubrica de fidejussoribus, num. 322. Amadeus à Ponte in tit. qui seu dare poss. qui posicu est post qq. laudimiales, num. 49. Andreas de Iternia in l. imperiali, §. præterea Ducatus de prohib. feu. alienant. num. 49. Anna alleg. 69. num. 5. Regens Tapia decif.

99

decis. 5. n. 89. Capyc. Latro t. 2. decis. 174. n. 46. et 166. n. 5. vers.  
 Sed existat, Valenz. conf. 99. n. 5. cum seqq. Pascalis de patr. potesta.  
 par. 1. cap. 1. num. 42. et seqq. cum additionibus Francisci Ma-  
 riae Plato, Cancer variar. 3. cap. 3. de Priuilegijs, num. 375. ibi:  
 Sed namquid erit licita infedatio stante dicto Priuilegio, si facta  
 sit ex causa publicae utilitatis, videlicet pro bono pacis, vel causa  
 remunerationis eius, qui bene se gessit pro Principe, seu suo statu re-  
 munerare siquidem benemeritum de re publica respicit publicam utili-  
 tam; ego parte negatiuam credo veram, nisi Princeps aliunde non  
 haberet facultatem commodè remunerandi: Idem Cancer var. 3. cap.  
 13. de iuribus Castrorum, n. 92. ibi: Princeps non potest remunera-  
 res, jas tertij auferens, nisi in subsidium, ubi ipse de suo remunerare  
 non potest. Fulvius Lanarius in cap. 1. de his qui in feudum dare  
 possunt, n. 21. ibi: Verum circa hanc limitationem judico plura  
 concurrere debere cumulatiuè, scilicet, quod causa sit urgens, et  
 quod taliter Princeps prouideri non possit.

197 Roborantur hæc exemplo, Auctentica Res quæ, Cod.  
 comitaria delegatis, quia sanctum est, bona vinculata posse aliena-  
 ri dictis causa ratione publicae utilitatis; nihilominus ex om-  
 nium sententia, & interpretatione, ac ex universalij judiciorū  
 praxi intelligitur in subsidium, scilicet in defectum bonorum  
 libertorum, Authentica de restio. et ea que parit in §. si vero, ibi:  
 Aliam non habens substantiam. Peregrinus de fideicommissis artic.  
 42. Marsat. in epitome de fideicommissis. quest. 48. num. 7. Surdus  
 decis. 42. num. 4. Guido Papæ decis. 551. Tiraquellus in l. si con-  
 quam, verbo donatione largitus, num. 43. Cod. de revocandis do-  
 natio. Anna allegat. 69. num. 5. Fusarius de substitu. quest. 533.  
 num. 3. et quest. 631. num. 21. Ramon conf. 1. num. 52. Cancer  
 var. 3. cap. 3. num. 375. et cap. 13. num. 93.

198 Ut pariter experimur in Ecclesia, quæ cum pro-  
 hibita sit, rem sibi donatam alienare, licet superveniente  
 necessitate alienari possit, si tamen subveniri valet per aliena-  
 tionem alterius rei, stabit rei donatae firma prohibitio, ad tra-  
 dita per Ioannem Andream in cap. verum, l. paterfilium insi-  
 ne,

ne, ff. de legat. 3. per quem texum idem dicit Raphaël. Cum  
man. in l. peto, §. si de vectigal. ff. de damno infecto, Marinis  
variar. resol. tom. 2. allegatio. 56. nu. 10. quis ergo negabit, non  
ita exaustum reperiri Regium patrimonium, ut aliunde præ-  
tensa remuneratio fieri non posset, nisi derogando nostrum  
anterius Privilegium, jus quæ tam longè radicatum dictæ  
Universitati.

199 Deinde observandū est, quod de prætensis servitijs  
præstitis per dictū Michaëllem Moliner, ut causa illorū sub-  
sistere posterius Privilegium in pæjudicium tertij (quam-  
vis non verificarentur in nostri favorem reliqua, quæ in ex-  
clusionem prætensionis Nobilis Adversantis supra firmata  
sunt) opus erat, ut de illis plenè, & concludenter constaret,  
Oldradus cons. 170. Ancharrano cons. 398. Gemin. cons. 53. Grat.  
responso 5. num. 5. Marin. variar. resol. tom. 2. alleg. 56. num. 12.  
ad instar donationis remuneratoria, quod pauciter per donata-  
rium justificari debent merita, Meilin. de legitima. lib. 2. tit. 2.  
quest. 19. à num. 1. Cutellus de donatio fol. 396. num. 24. Rever-  
terio decis. 409. num. 3. Quesada, & Pilo controuer. foren. cap. 25.  
num. 44. & 46. Fontanella de pactis claus. 4. glos. 7. par. 2. à num.  
16. ad 24. & sic censuit Senatus Regia sententia lata, referen-  
te Magnifico Mitjavila, & Franquesa 29. Aprilis 1608. in  
favorem Syndici Castri, & Te'mini Sir, contra Ioannem  
Franciscum de Planella, ibi verbis: *Tamen cum non constet de  
dicta asserta occupatione, vel usurpatione per Regios Officiale, fa-  
cta (quod erat meritum, quod Rex intendebat remunerare.)*

200 Recentissimè id decisiū fuit gravissima illa cau-  
sa Nobilis Phederici Delbosch, & de S. Vicens, contra Uni-  
versitates de Vilassar, Argentona, & Cabrera, Regia senten-  
tia lata 8. Iulij 1659. referente Magnifico Michaëlle Alegre,  
ibi: *Nec officit, quod dicitur Privilegium Regis Ferdinandi conce-  
sum, etiam fuisse ob remuneracionem servitorum per dictas Uni-  
uersitates impensorum, ex quo inferri videtur non potuisse ab eo re-  
cedi ob similem priuilegiatam remuneracionis causam, etenim non*  
con-

constat de predictis servitijs per dictas Vniuersitates impensis, de quibus aliter quam per Principis assertionem constare debet, &c. Hinc dictus Nobilis Phedericus Delbosch, quamvis sua servitia haberet, in eius Privilegio enunciata, & specificata, videns esse fundamentum suæ intentionis, & in magnum tertij præjudicium, ea aliunde concludenter justificavit.

201 Interesse, quod habet hæc pars, quod sortiantur effetum, & subsistant sua anteriora Privilegia, & jus quæsitū ex illis, est innegabile, quia constat suis pecunijs fecisse prælibatas litiones, tam jurisdictionis Civilis, quam Criminalis in favorem domini nostri Regis, ut ipsemet faretur, & alias octingentum florennos auri elargitos fuisse liberaliter eidem domino Regi, pro observantia pactorum, & capitulorum initorum specia-  
liter dictas hypothecando jurisdictiones, dictum dominū Regem cum clausula constituti, & alijs exuberantibus, & amplissimis cauthelis, ut ex supradictis plenissimè liquet, in qibus omnibus defecerunt dictæ Vniverstates de Vilassar, Argentona, & Cabreia, ideoque circa hæc, dicta decisio, applicari nequit casui nostro, tam diverso jure, & ratione concurrente, vbi alias asserti tituli ex adverso sunt notoriè nulli, vitiosi, & invalidi, ut supra explicavimus, & consequenter diuersum jus statuendum esse in praesenti controversia speramus, ex l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. si servus, ff. de statu, liberis, Barbosa cum multis exiomi. 197. à num. 5. cum vulgatis.

202 Et ultra hæc habet etiam, aliud valde considerabile interesse dicta Villa de la Granadella, & Loci de la Pobla, & Bovera, ut omnes D.D. fatehatur in subjecta materia, scilicet, vivere sub Principe, dominio, & jurisdictione illius, in quo inestimabilis libertas agnoscitur sicuti summa servitus, & onus durissimum sub dominio vivere inferioris, Authentic. de ha-  
ret. & fals. in princi. Angelus in l. penult. ad fin ff. de servitutibus rusticor. prædior. Craveta conf. 241. num. 14. Rolandus conf. 1. num. 36. & 37. volum. 1. Neisan. conf. 12. inter consilia feudalia à num. 95. Valsquius lib. 1. cap. 3. in fine, Andreas de Isernia §. præ-  
terea Ducatus de prohibita feudi alienatio. Ioannes Faber in §. do-

minus in situ de nexalibus actio. Capyc. Latro decif. t 68. lib. 2. num.  
35. Andreolus controuer. 402. num. 2. Capiblanc. de Baronibus  
pragmā. 8. par. 2. num. 53. Hinc dixit benè noster Cancer & ar. 3.  
cap. 3. n. 3 64. ibi: En terra de Barò, no hi fases ta mayso, y si la hi fas,  
tu ten penediràs: Sicut è contra, sub Princepe vivere esse per Cle-  
mentissimum Patrem Regi, ex Divo Bernardo super Cantic.  
sermone 23. Erudimini, qui judicatis terram ditię eis, supradicto-  
rum Patres esse debere, & Xenophon in vita Cirii lib. 6. ibi: Prin-  
ceps nil differt à bono Patre.

Tandem animadvertisendum est, negari non posse,  
quod eis si prætensa, & deducta ex adverso elisa omnino, non es-  
sent ex supra stabilitis, & firmatis per hanc partem, propterea  
elisa plenissimè remanent, quod nihilominus ea sunt valde altio-  
ris indaginis, sunt intricata, habentiaque omnem juris repug-  
nantiam cum ea rendant, contra Regium Fiscum, qui vestitam  
habet, omni juris assistentia suam prætensionem; versemur q̄  
in regalibus deficiendo Adversarii titulum, validum, & legit-  
imum, & alias in articulo spolijs, tam à jure privilegiati, cuius  
prærogativa omnia excludit, & respuit favendo summo perè  
spoliatis, ut prius, & ante omnia reponantur in primatum sta-  
tum, & possessionem, rejiciendo ea, que per réum allegantur, ad  
aliud judicium, propterea ita in praesentiarum fieri spectamus, juxta  
deducta, & allegata in praesenti juris Allegatione, maxime be-  
neficio restitutionis in integrum implorato per hanc partem,  
circa quæcumque sibi prejudicia, cum hunc ex instrumentis  
moviter repertis liqueat de bono eius jure, ac interesse certo, &  
indubitate, tam illius, quam domini nostri Regis: Salva sem-  
per tanti. Sehatus censura, &c.

RAPHAEL LLAMPILLAS V.I.D.

RIBES V.I.D.